ceptor meus. Laudans in-
vocabo dominum: et ab inimicis
meis salvus ero. Circumde-
derunt me dolores mortis
et torrentes iniquitatis con-
turbaverunt me. Dolores in-
ferni circumdederunt me: pre-
occupaverunt me laquei
mortis. In tribulatione mea
invocavi dominum et ad deum
meum clamavi. Et exau-
divit de templo sancto suo
vocem meam: et cla-
mor meus in conspectu eius introivit in
aures eius. Commota
est et contremuit terra fun-
damenta montium contur-
bata sunt et commota sunt
quoniam iratus est eis. Ascen-
dit fumus in ira eius et
ignis a facie eius exarsit:
carbones succensi sunt
ab eo. Inclinavit celos

et descendit: et caligo sub
pedibus eius Et ascendit
super cherubim et volavit:
volavit super pennas ven-
torum Et posuit tenebras
latibulum suum in circuitu
eius tabernaculum eius: te-
nebrosa aqua in nubibus
aeris Prae fulgore in con-
spectu eius nubes transie-
runt; grando et
carbones ignis Et in-
tonuit de celo dominus et al-
tissimus dedit vocem suam:
grando et carbones ignis
Et misit sagittas suas
et dissipavit eos: fulgura
multiplicavit et contur-
bavit eos Et apparuerunt
fontes aquarum: et reve-
lata sunt fundamenta
orbis terrarum Ab increpa-
tione tua domine: ab inspira-
tione spiritus ire tue Misit
de summo et accepit me:
et assumpsit me de aquis
multis Eripuit me de
inimicis meis fortissimis
et ab his qui oderunt me;
qui confortati sunt super
me Prevenerunt me in die
afflictionis mee; et factus
est protector meus Et edu-
xit me in latitudinem;
salvum me fecit quoniam vo-
luit me Et retribuet

mihi dominus secundum iustitiam
meam; et secundum puritatem
manuum mearum retri-
buet mihi Quia custodivi
vias domini: nec impie gessi
a deo meo Quoniam omnia iudi-
cia eius in conspectu meo:
et iustitias eius non repu-
li a me Et ero immacula-
tus cum eo; et observabo
me ab iniquitate mea Et re-
tribuet mihi dominus secundum
iustitiam meam: et secundum
puritatem manuum mearum
in conspectu oculorum eius Cum
sancto sanctus eris: et cum viro
innocente innocens eris
Et cum electo electus eris
et cum perverso perverteris Quo-
niam tu populum humilem salvum faci-
es; et oculos superborum
humiliabis Quoniam tu illuminas
lucernam meam domine; deus
meus illumina tenebras me-
as Quoniam in te eripiar a tem-
ptatione: et in deo meo trans-
grediar murum Deus meus
impolluta via eius eloquia
domini igne examinata: pro-
tector est omnium sperantium in
se Quoniam quis deus preter dominum:
aut quis deus preter deum
nostrum Deus qui precinxit
me virtute; et posuit im-
maculatam viam meam

Qui perfecit pedes meos tam-
quam cervorum: et super excelsa
statuens me. Qui docet manus
meas ad prelium: et posuisti
ut arcum ereum brachia mea.
Et dedisti michi protectionem sa-
lutis tue: et dextera tua sus-
cepit me. Et disciplina tua
correxit me in finem: et dis-
ciplina tua ipsa me docebit.
Dilatasti gressus meos sub-
tus me: et non sunt infir-
mata vestigia mea. Perse-
quar inimicos meos et com-
prehendam illos: et non con-
vertar donec deficiant. Con-
fringam illos nec poterunt
stare: cadent subtus pe-
des meos. Et precinxisti me
virtute ad bellum: et suppla-
tasti insurgentes in me sub-
tus me. Et inimicos meos
dedisti michi dorsum: et
odientes me disperdidisti. Cla-
maverunt ~~nec erat~~ nec erat
qui salvos faceret ad dominum:
et non exaudivit eos. Et com-
minuam eos ut pulverem
ante faciem venti: ut lutum
platearum delebo eos. Eripi-
es me de contradictioni-
bus populi: constitues me
in caput gentium. Populus
quem non cognovi servivit michi:
in auditu auris obedivit

michi. Filii alieni men-
titi sunt michi: filii ali-
eni inveterati sunt michi:
et claudicaverunt a semitis
suis. Vivit dominus et bene-
dictus deus meus: et
exaltetur deus salutis
mee. Deus qui das vin-
dictas michi et subdis
populos sub me: liberator
meus de inimicis meis
iracundis. Et ab insur-
gentibus in me exalta-
bis me: a viro iniquo
eripies me. Propterea
confitebor tibi in nationibus
domine: nomini tuo psal-
mum dicam. Magnificans
salutes regis eius et
faciens misericordiam christo suo
david: et semini eius usque
in seculum. Gloria patri. Antiphona
In adventu domini in ii° nocturno
Nox precessit dies autem appropinqua-
vit abiciamus opera tene-
brarum et induamur arma lucis
sicut in die honeste ambu-
lemus. Ps. Ps. Egredietur dominus
de celo sed pro V. Veniet ut pol-
licetur propheta [illegible] ℟. Eodem tempore in
ii° nocturno incipienda est hec antiphona
Estote parati quia nescitis qua hora
est incipienda usque octavas epiphanie
certa hystoria. Domine ne in
ira tua. Diligam te domine virtus
mea. V. Media nocte surge-
bam. ℟. Eodem tempore in iii° nocturno
ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tue

in repetenda est hec antiphona Do-
mine in virtute. Item in quadragesima in
dominica Invocavit antiphona Com-
mendemus nos metipsos in multa
paciencia per arma iusticie virtutis
dei. Versus Ipse liberavit me de laqueo.
Et ambo item in matutinis nocturno accipit
antiphona. Per arma iusticie. Item
in passione domini et in dominica Domine
ne longe facias. hec antiphona
Quid molesti estis huic muli-
eri bonum enim opus operata est
in me. Versus De ore leonis libe-
ra me domine. Et a cornibus unicor-
nium. Eodem tempore in matutinis nocturno ma-
prat. hec ad cantenus hec con-
gruentius. Item post octavam trinitatis
circa hystoriam cantanda est hec
antiphona. In [illegible] humilem
salvasti ab hoste redemptam
atque superba tua tollis [illegible]
iaculo. Versus Media nocte. Eodem
tempore in matutinis nocturno in repetenda est
hec antiphona Sponsus ut de thalamo

8 Celi enarrant gloriam
dei: et opera manuum
eius annunciat firmamen-
tum. Dies diei eructat
verbum: et nox nocti in-
dicat scientiam. Non sunt
loquele neque sermones:
quorum non audiantur voces
eorum. In omnem terram
exivit sonus eorum: et
in fines orbis terre verba
eorum. In sole posuit tha-
bernaculum suum: et ipse
tamquam sponsus procedens
de thalamo suo. Exul-
tavit ut gygas ad c[urrendam]
viam: a summo celo
egressio eius. Et occursus
eius usque ad summum eius: nec
est qui se abscondat a calore
eius. Lex domini immaculata
convertens animas testimonium
domini fidele: sapientiam prestans
parvulis. Iusticie domini recte le-
tificantes corda: preceptum
domini lucidum illuminans oculos.
Timor domini sanctus permanens
in seculum seculi: iudicia domini
vera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum et
lapidem preciosum multum:
et dulciora super mel et favum.
Etenim servus tuus custodit
ea: in custodiendis illis re-
tributio multa. Delicta quis
intelligit ab occultis meis
munda me et ab alienis par-
ce servo tuo. Si mei non
fuerint dominati tunc imma-
culatus ero et emundabor
a delicto maximo. Et erunt
ut complaceant eloquia oris
mei: et meditatio cordis mei
in conspectu tuo semper. Domine
adiutor meus: et redemp-
tor meus. Gloria patri. Antiphona
Sponsus ut de thalamo processit [illegible]
in orbem descendens de celo cum sa-
lutifero suo auxilio. Item Exau-
diat dominus. Celi enarrant gloriam. Responsorium
antiphona Exaudiat te dominus

19 Exaudiat te dominus in die
tribulacionis: protegat te
nomen dei iacob. Mittat tibi
auxilium de sancto: et de syon tue-
atur te. Memor sit omnis sacri-
ficii tui: et holocaustum tuum
pingue fiat. Tribuat tibi
secundum cor tuum: et omne consilium
tuum confirmet. Letabimur in sa-
lutari tuo: et in nomine dei
nostri magnificabimur. Impleat
dominus omnes peticiones tuas: et
nunc cognovi quoniam salvum fecit
dominus christum suum. Exaudiat
illum de celo sancto suo: in po-
tentatibus salus dextere eius.
Hii in curribus et hii in equis:
nos autem in nomine domini nostri
invocabimus. Ipsi obligati
sunt et ceciderunt: nos autem
surreximus et erecti sumus. Do-
mine salvum fac regem nostrum:
et exaudi nos in die qua in-
vocaverimus te. Gloria patri. Ant. [illegible]
tuum nobis salvatorem mitte et tri-
bulaciones contra in tempore oportuno domine. Ps.
Exaudiat te dominus in die tribula-
cionis

20 Domine in virtute tua
tua letabitur rex: et
super salutare tuum exultabit
vehementer. Desiderium cordis eius
tribuisti ei: et voluntate labiorum
eius non fraudasti eum. Quoniam
prevenisti eum in benedictionibus
dulcedinis: posuisti in capi-
te eius coronam de lapide pre-
ciosis. Vitam peciit a te
tribuisti ei: longitudinem
dierum in seculum et in seculum
seculi. Magna est gloria eius
in salutari tuo: gloriam et
magnum decorem impones
super eum. Quoniam dabis eum
in benediccionem in seculum seculi:
letificabis eum in gaudio
cum vultu tuo. Quoniam rex spe-
rat in domino: et in misericordia altis-
simi non commovebitur. In-
veniatur manus tua omnibus
inimicis tuis: dextera tua in-
veniat omnes qui te oderunt.
Pones eos ut clibanum
ignis in tempore vultus
tui: dominus in ira sua con-
turbabit eos: et devora-
bit eos ignis. Fructum
eorum de terra perdes: et semen
eorum a filiis hominum. Quoniam
declinaverunt in te mala:
cogitaverunt consilia: que
non potuerunt stabilire. Quoniam
pones eos dorsum: in re-
liquiis tuis preparabis vultum
eorum. Exaltare domine in vir-
tute tua: cantabimus et
psallemus virtutes tuas.
Gloria patri. In adventu domini
[illegible] nocturno in [illegible] [illegible] est ca-
tanda ant. Estote parati quia
veniet quem expectamus et re-
dimet mundum in gloria patris.
Ps. E syon species eius. deus ma-
nifeste veniet. In cotidiana hystoria dominicali
nifeste veniet

ne mira An Domine in virtute
tua letabitur rex V Exaltare
domine in virtute tua. Item in xl[ma] pos-
tum noctem An Per arma iu-
stitie virtutis dei com-
mendemus nosmetipsos in mul-
ta patientia V Scapulis suis obumbrabit.
Item in passione in dominica Domi-
ne longe Antiphona Mittens
hec mulier in corpus meum
unguentum ad sepeliendum me
fecit V Ne perdas cum impiis
deus animam meam Et cum
viris sanguinum vitam meam
Item post octavam trinitatis circa hysto-
riam Deus omnium Antiphona
Rex pie sine malicis miser-
ti pre cunctis prima concedis
et bona cuncta regens V
Exaltare domine in virtute tua
cantabimus Laudes post octavam
epyphanie usque ad xl[mam] An
Indutus est dominus fortitudinem
et precinxit se virtute alleluia alleluia
alleluia Ps Dominus regnavit An Gloria
et honor et benedictio sedenti
super thronum vivent in secula se-
culorum Ps Jubilate An
Deus misereatur nostri et bene-
dicat nos deus noster illuminet
vultum suum super nos et mise-
reatur nostri Ps Deus deus meus
An Benedictio et claritas et
sapientia et gratiarum actio honor
virtus et fortitudo deo nostro
in secula seculorum amen Ps
Benedicite An Sanctus sanctus sanctus
dominus deus omnipotens qui erat
et qui est et qui venturus
est Ps Laudate Hymnus
Eterne rerum conditor noc-

et psallemus virtutes tuas

temque diemque qui regis et tem-
porum das tempora ut alleves
fastidium Preco diei iam sonat
noctis profunde pervigil nocturna lux
viantibus a nocte noctem segregans
Hoc excitatus lucifer solvit po-
lum caligine hoc omnis ~~[illegible]~~ erronum
chorus viam nocendi deserit Hoc
nauta vires colligit pontique mi-
tescunt freta hoc ipsa petra ecclesie
canendo culpam diluit Surgamus
ergo strenue gallus iacentes
excitat et somnolentos incre-
pat gallus negantes arguit
Gallo canente spes redit egris
salus refunditur mucro latronis
conditur lapsis fides revertitur
Ihesu labentes iacentes respice et nos
videndo bitendo corrige si respicis lapsi
stabunt fletuque culpa solvitur
Tu lux refulge sensibus mentisque
somnum discute te nostra vox
primum sonet et ore psallamus
tibi Deo patri sit gloria V Summa
tuis domine meriti. Sequentes lau-
des sunt post octavam trinitatis An
Regnabit dominus precinctus fortitu-
dine cum decore virtute circumcinctus se-
des parata est ex tunc Ps Dominus
regnavit An Clamemus omnes quia deus
ipse est deus cui iubilemus confitea-
mur et laudemus nomen eius in
eternum Ps Jubilate An Benedi-
cam te domine in vita mea ut
videam virtutem tuam et gloriam
tuam Ps Deus deus meus An
Verum dicamus alleluia domino deo
nostro alleluia Ps Benedicite An Ipse
omnis laudet dominum quia ipse dixit
et facta sunt omnia mandavit
et creata sunt universa Ps Laudate

[illegible] adducet

dominicis diebus | ymnus in ferialibus laudibus

Ecce iam noctis tenuatur umbra lucis aurora rutilans coruscat omnibus totis rogitemus omnes cunctipotentem. Ut deus noster miseratus omnem pellat languorem sanitatis et ferat salutem donet et nobis pietate patris regna polorum. Praestet hoc nobis deitas beata patris ac nati pariterque sancti spiritus cuius reboat in omni gloria mundo. Amen. V. In matutinis domine meditabor. | ad primam hymnus.

Iam lucis orto sidere deum precemur supplices ut in diurnis actibus nos servet a nocentibus. Linguam refrenans temperet ne litis horror insonet visum fovendo contegat ne vanitates hauriat. Sint pura cordis intima absistat et vecordia carnis terat superbiam potus cibique parcitas. Ut cum dies abscesserit noctemque sors reduxerit mundi per abstinentiam ipsi canamus gloriam. Deo patri sit gloria eiusque + [in margin: cum filio cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum]

In adventu domini ad primam antiphona Salvatorem expectamus. Psalmus Deus deus meus. Et post octavam epyphanie antiphona Tu mandasti. Et in XL in dominica Invocavit me usque ad dominicam passionis ferialibus diebus antiphona Dominus ego. Dominicales antiphonas in antiphonario. Et in passione domini ad primam antiphona Dimitte impiorum. Dominicales vero quere in antiphonario. Et post octavam trinitatis ad primam dominicis diebus antiphona Iudicabit nos.

21 Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem et non exaudies: et nocte et non ad insipientiam michi. Tu autem in sancto habitas: laus Israhel. In te speraverunt patres nostri: speraverunt et liberasti eos. Ad te clamaverunt et salvi facti sunt: in te speraverunt et non sunt confusi. Ego autem sum vermis et non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis et moverunt caput. Speravit in domino eripiat eum: salvum faciat eum quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris mee: in te proiectus sum ex utero. De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. Quoniam tribulatio proxima est: et non est qui adiuvet. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusus sum

et dispersa sunt omnia ossa
mea. Factum est cor meum
tamquam cera liquescens:
in medio ventris mei.
Aruit tamquam testa vir-
tus mea et adhesit lingua
mea faucibus meis: et
in pulverem mortis de-
duxisti me. Quoniam circum-
dederunt me canes multi:
concilium malignantium
obsedit me. Foderunt
manus meas et pe-
des meos dinumeraverunt om-
nia ossa mea. Ipsi vero
consideraverunt et inspexerunt
me: diviserunt sibi vesti-
menta mea: et super ves-
tem meam miserunt sor-
tem. Tu autem domine ne elon-
gaveris auxilium tuum a me: elongaveris
ad defensionem meam con-
spice. Erue a framea
deus animam meam: et
de manu canis unicam
meam. Salva me ex o-
re leonis: et a cornibus
unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum
fratribus meis: in medio
ecclesie laudabo te. Qui
timetis dominum laudate eum:
universum semen Iacob
glorificate eum. Timeat
eum omne semen
israel: quoniam non sprevit
neque despexit deprecationem pau-
peris. Nec avertit faciem suam
a me: et cum clamarem
ad eum exaudivit me. Apud
te laus mea in ecclesia mag-
na vota mea reddam in con-
spectu timentium eum. Edent
pauperes et saturabuntur et
laudabunt dominum qui requi-
runt eum: vivent corda
eorum in seculum seculi. Re-
miniscentur et convertentur ad
dominum universi fines terre. Et
adorabunt in conspectu eius:
universe familie gentium. Quoniam
domini est regnum: et ipse dominabitur
gentium. Manducaverunt et a-
doraverunt omnes pingues terre:
in conspectu eius cadent
omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi vivet: et se-
men meum serviet ipsi. Annun-
ciabitur domino generatio ventura
et annunciabunt celi iusticiam
eius: populo qui nascetur
quem fecit dominus.

Dominus regit me et nichil 22
michi deerit: in loco
pascue ibi me collocavit.
Super aquam refectionis
educavit me: animam meam
convertit. Deduxit me super
semitas iusticie: propter nomen
suum. Nam et si ambulavero
in medio umbre mortis

-non timebo mala quoniam tu
mecum es. Virga tua et
baculus tuus: ipsa me con-
solata sunt. Parasti in
conspectu meo mensam: ad-
versus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo ca-
put meum: et calix meus
inebrians quam preclarus est.
Et misericordia tua subsequetur
me: omnibus diebus vite
mee. Et ut inhabitem in
domo domini in longitudine
dierum. Gloria patri. / Psalmus david
22 Domini est terra et ple-
nitudo eius: orbis
terrarum et universi qui habitant
in eo. Quia ipse super maria
fundavit eum: et super flumina
preparavit eum. Quis ascendet
in montem domini: aut quis stabit in
loco sancto eius. Innocens
manibus et mundo corde qui
non accepit in vano animam
suam: nec iuravit in do-
lo proximo suo. Hic accipiet
benedictionem a domino: et mi-
sericordiam a deo salutari
suo. Hec est generatio queren-
tium eum: querentium faciem
dei iacob. Attollite por-
tas principes vestras et ele-
vamini porte eternales: et
introibit rex glorie. Quis
est iste rex glorie. Dominus fortis
et potens dominus potens
in prelio. Attollite por-
tas principes vestras et ele-
vamini porte eternales:
et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie:
dominus virtutum ipse est rex
glorie.
Ad te domine levavi ani- 24
mam meam: deus meus
in te confido non erube-
scam. Neque irrideant
me inimici mei: etenim
universi qui te expectant
non sustinent te non con-
fundentur. Confundantur
omnes iniqua agentes:
supervacue. Vias tuas
domine demonstra mihi:
et semitas tuas edoce
me. Dirige me in veri-
tate tua et doce me: quia
tu es deus salvator meus:
et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum
tuarum domine: et misericor-
diarum tuarum que a seculo
sunt. Delicta iuventutis
mee: et ignorantias
meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuam
memento mei tu: propter
bonitatem tuam domine.
Dulcis et rectus dominus:
propter hoc legem dabit
delinquentibus in via. Diri-

get mansuetos in iudicio:
docebit mites vias suas
Universe vie domini misericordia et
veritas requirentibus testamen-
tum eius: et testimonia
eius Propter nomen tuum
domine propitiaberis peccato meo:
multum est enim Quis est
homo qui timet dominum:
legem statuit ei in via
quam elegit Anima eius
in bonis demorabitur:
et semen eius hereditabit
terram Firmamentum
est dominus timentibus eum
et testamentum ipsius
ut manifestetur illis
Oculi mei semper ad dominum:
quoniam ipse evellet de laqueo
pedes meos Respice
in me et miserere mei:
quia unicus et pauper
sum ego Tribulationes
cordis mei multiplicate sunt
de necessitatibus meis
erue me domine Vide humilita-
tem meam et laborem
meum: et dimitte uni-
versa delicta mea Respi-
ce inimicos meos quoniam mul-
tiplicati sunt; et odio
iniquo oderunt me Cu-
stodi animam meam et
erue me: non erubes-
cam: quoniam speravi in te In-

nocentes et recti adheserunt
michi; quia sustinui te
Libera deus israel: ex omnibus
tribulationibus suis
Iudica me domine quoniam ego in inno- 27
centia mea ingressus sum
et in domino sperans non infir-
mabor Proba me domine
et tempta me; ure re-
nes meos et cor meum
Quoniam misericordia tua ante oculos
meos est et complacui in
veritate tua Non sedi cum
concilio vanitatis; et cum
iniqua gerentibus non introi-
bo Odivi ecclesiam malig-
nantium; et cum impiis
non sedebo Lavabo inter
innocentes manus meas;
et circumdabo altare tuum domine
Ut audiam vocem laudis
tue; et enarrem universa
mirabilia tua Domine di-
lexi decorem domus tue;
et locum habitationis glorie
tue Ne perdas cum impiis
impiis deus animam meam;
et cum viris sanguinum vitam
meam In quorum manibus
iniquitates sunt; dextera
eorum repleta est muneri-
bus Ego autem in innocen-
tia mea ingressus sum
redime me et miserere

mei. Pes enim meus stetit in
directo: in ecclesiis benedicam
te domine. Gloria patri. / Feria secunda
Invitatorium / Venite exultemus
domino. Venite exultemus. Somno
refectis artubus spreto cubili
surgimus nobis pater canentibus adesse te deposcimus. Te lingua primum
concinat te mentis ardor ambiat
ut actuum sequentium tu sis pater ex-
ordium. Cedant tenebre et lubrica
et nos diurno sidere ut culpam
quam nox intulit lucis labescat
munere. Precamur ad supplices noxas
ut omnes amputes et ore te canentium laudis impertias. Presta pater
piissime patri. / Secunda feria

26 Dominus illuminatio mea: et salus
mea quem timebo.
Dominus protector vite mee:
a quo trepidabo. Dum appropiant super me nocentes:
ut edant carnes meas. Qui
tribulant me inimici mei:
ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant adversum
me castra: non timebit cor
meum. Si exurgat adversum
me prelium: in hoc ego sperabo. Unam petii a domino hanc
requiram: ut inhabitem in
domo domini omnibus diebus vite mee. Ut videam voluntatem domini: et visitem templum eius. Quoniam abscondit
me in tabernaculo suo in
die malorum protexit me in
abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltavit me: et
nunc exaltavit caput meum:
super inimicos meos. Circuivi
et immolavi in tabernaculo eius hostiam vociferacionis cantabo: et psalmum dicam domino. Exaudi
domine vocem meam qua
clamavi ad te: miserere
mei et exaudi me. Tibi
dixit cor meum exquisivit te facies mea: faciem tuam domine requiram.
Ne avertas faciem tuam
a me: ne declines in ira
a servo tuo. Adiutor meus
esto ne derelinquas me:
neque despicias me deus
salutaris meus. Quoniam
pater meus et mater mea
dereliquerunt me: dominus
autem assumpsit me. Legem
pone mihi domine in via tua:
et dirige me in semita
recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas
tribulancium me quoniam insurrexerunt in me testes
iniqui: et mentita est
iniquitas sibi. Credo
videre bona domini in terra
viventium. Expecta dominum
viriliter age et confortetur
cor tuum et sustine dominum.
Gloria patri et filio. [rubric, illegible]

27 Ad te domine clamabo
deus meus ne sileas
a me ne quando taceas a me:
et assimilabor descenden-
tibus in lacum. Exaudi
vocem deprecationis mee
domine deprecationem meam dum
oro ad te: dum extollo
manus meas ad templum
sanctum tuum. Ne simul tra-
das me cum peccatoribus:
et cum operantibus iniqui-
tatem ne perdas me. Qui
loquuntur pacem cum proximo
suo: mala autem in cor-
dibus eorum. Da illis
secundum opera eorum: et secundum
nequitiam adinventionum
ipsorum. Secundum opera ma-
nuum eorum tribue illis:
redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt
opera domini: et in opera ma-
nuum eius destrues eos et non
edificabis eos. Benedictus
dominus: quoniam exaudivit
vocem deprecationis mee.
Dominus adiutor meus et
protector meus: et in ipso
speravit cor meum et adiu-
tus sum. Et refloruit
caro mea: et ex voluntate
mea confitebor illi.
Dominus fortitudo plebis
sue: et protector salvatio-
num christi sui est. Salvum fac
populum tuum domine: et benedic
hereditati tue: et rege eos et
extolle eos usque in eternum.
Domine defensor vite mee. Adorate
dominum etc.
Afferte domino filii dei: afferte 28
domino filios arietum.
Afferte domino gloriam et hono-
rem: afferte domino gloriam no-
mini eius: adorate dominum in
atrio sancto eius. Vox domini super
aquas deus maiestatis in-
tonuit: dominus super aquas multas.
Vox domini in virtute: vox
domini in magnificentia. Vox
domini confringentis cedros:
et confringet dominus cedros
Libani. Et comminuet eas
tamquam vitulum Liba-
ni: et dilectus quemadmodum
filius unicornium. Vox
domini intercidentis flammam
ignis: vox domini concutientis
desertum: et commovebit
dominus desertum Cades. Vox domini
preparantis cervos: et revela-
bit condensa: et in
templo eius omnes dicent
gloriam. Dominus diluvium inhabi-
tare facit: et sedebit dominus
rex in eternum. Dominus virtutem
populo suo dabit: dominus bene-
dicet populo suo in pace.
Exaltabo te domine quoniam 29
suscepisti me: nec
delectasti inimicos meos super
me. Domine deus meus cla-

nam ad te: et sanasti me
Domine eduxisti ab inferis animam meam
saluasti me: a descendentibus
in lacum. Psallite domino omnes
sancti eius: et confitemini memo-
rie sanctitatis eius. Quoniam ira in
indignatione eius et vita in
voluntate eius. Ad vesperum
demorabitur fletus: et ad
matutinum leticia. Ego autem
dixi in habundancia mea non
movebor in eternum.
Domine in voluntate tua: pre-
stitisti decori meo
virtutem. Avertisti faciem tuam
a me: et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo et ad
deum meum deprecabor. Que
utilitas in sanguine meo dum
descendo in corruptionem. Num-
quid confitebitur tibi pulvis:
aut annunciabit veritatem tuam.
Audivit dominus et misertus
est mei: dominus factus est ad-
iutor meus. Convertisti planc-
tum meum in gaudium michi:
conscidisti saccum meum et circum-
dedisti me leticia. Ut can-
tet tibi gloria mea et non com-
pungar: domine deus meus
in eternum confitebor tibi.
Adorate dominum in aula sancta eius
30 In te domine speravi non confun-
dar in eternum: in iusticia
tua libera me. Inclina ad
me aurem tuam: accelera

ut eruas me. Esto michi
in deum protectorem: et in domum
refugii ut salvum me fa-
cias. Quoniam fortitudo mea
et refugium meum es tu: et
propter nomen tuum deduces
me et enutries me. Educes
me de laqueo hoc quem
absconderunt michi: quoniam
tu es protector meus. In
manus tuas domine commen-
do spiritum meum: redemisti
me domine deus veritatis. Odisti
observantes vanitates supervacue. Ego
autem in domino speravi: exulta-
bo et letabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humilita-
tem meam: salvasti de
necessitatibus animam meam.
Nec conclusisti me in
manibus inimici: statuisti in loco
spacioso pedes meos. Mi-
serere mei domine quoniam tri-
bulor: conturbatus est in
ira oculus meus anima
mea et venter meus.
Quoniam defecit in dolore
vita mea: et anni mei
in gemitibus. Infirmata
est in paupertate virtus
mea: et ossa mea con-
turbata sunt. Super omnes
inimicos meos factus sum
obprobrium vicinis meis
valde: et timor notis meis

Qui videbant me foras
fugerunt a me: oblivi-
oni datus sum: tamquam
mortuus a corde. Factus
sum tamquam vas perditum:
quoniam audivi vituperationem mul-
torum commorantium in circuitu.
In eo dum convenirent
simul adversum me: accipe-
re animam meam consiliati sunt.
Ego autem in te speravi domine
dixi deus meus es tu:
in manibus tuis sortes
mee. Eripe me de mani-
bus inimicorum meorum: et
a persequentibus me. Illustra
faciem tuam super servum tuum
salvum me fac in misericordia
tua domine: non confundar
quoniam invocavi te. Erubes-
cant impii et deducantur in
infernum: muta fiant la-
bia dolosa. Que loquuntur
adversus iustum iniqui-
tatem in superbia et in abu-
sione. Quam magna
multitudo dulcedinis tue
domine: quam abscondisti timen-
tibus te. Perfecisti eis
qui sperant in te: in con-
spectu filiorum hominum. Ab-
scondes eos in abscondi-
to faciei tue: a conturba-
tione hominum. Proteges
eos in tabernaculo tuo
a contradictione linguarum.
Benedictus dominus quoniam mi-
rificavit misericordiam suam mihi in
civitate munita. Ego autem
dixi in excessu mentis mee
proiectus sum a facie oculorum
oculorum tuorum. Ideo exaudisti
vocem orationis mee dum
clamarem ad te. Diligite dominum
omnes sancti eius quoniam veritatem
requiret dominus: et retribuet
habundanter facientibus superbiam.
Viriliter agite et confor-
tetur cor vestrum: omnes qui spera-
tis in domino.
Beati quorum remisse sunt 31
iniquitates: et quorum
tecta sunt peccata. Beatus vir
cui non imputavit dominus
peccatum: nec est in spiritu eius
dolus. Quoniam tacui inveterave-
runt ossa mea dum clama-
rem tota die. Quoniam die ac noc-
te gravata est super me
manus tua: conversus sum
in erumpna mea dum con-
figitur spina. Delictum
meum cognitum tibi feci et
iniustitiam meam non abscon-
di. Dixi confitebor adversum
me iniustitiam meam domino: et
tu remisisti impietatem
peccati mei. Pro hac orabit ad
te omnis sanctus: in tempore oppor-
tuno. Verumtamen in dilu-
vio aquarum multarum: ad
eum non approximabunt.
Tu es refugium meum

a tribulatione que circumdedit me:
exultatio mea erue me a
circumdantibus me. Intellectum
tibi dabo et instruam te:
in via hac qua gradieris
firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et
mulus: in quibus non est intel-
lectus. In chamo et freno ma-
xillas eorum constringe: qui
non approximant ad te. Multa
flagella peccatoris: sperantem
autem in domino misericordia circumdabit.
Letamini in domino et exulta-
te iusti: et gloriamini omnes rec-
ti corde. Gloria patri. In iusticia tua in-
ticia libera me. Rectos decet. mi
32 ~~Exultate deo adiutori~~
Exultate iusti in domino: rectos
decet collaudatio. Confitemini
domino in cythara: in psalterio
decem cordarum psallite illi.
Cantate ei canticum novum:
bene psallite ei in vociferatio-
ne. Quia rectum est verbum domini
: et omnia opera eius in fide. Di-
ligit misericordiam et iudicium: misericordia
domini plena est terra. Verbo domini
celi firmati sunt: et spiritu oris
eius omnis virtus eorum. Con-
gregans sicut in utre aquas
maris: ponens in thesau-
ris abyssos. Timeat dominum
omnis terra: ab eo autem commo-
veantur omnes inhabitantes. Q
orbem. Quoniam ipse dixit et facta
sunt: ipse mandavit et cre-
ata sunt. Dominus dissipat con-
silia gentium reprobat autem
cogitationes populorum: et repro-
bat consilia principum. Consi-
lium autem domini in eternum manet:
cogitationes cordis eius in
generatione et generationem. Beata
gens cuius est dominus deus eius:
populus quem elegit in heredita-
tem sibi. De celo respexit
dominus: vidit omnes filios
hominum. De preparato habitaculo
suo respexit super omnes qui
habitant terram. Qui finx-
it singillatim corda eorum:
qui intelligit omnia opera
eorum. Non salvatur rex per
multam virtutem: et gigas
non salvabitur in multitu-
dine virtutis sue. Fallax
equus ad salutem: in abun-
dancia autem virtutis sue non
salvabitur. Ecce oculi domini
super metuentes eum: et in
eis qui sperant super misericordia eius.
Ut eruat a morte animas
eorum: et alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dominum:
quoniam adiutor et protector noster
est. Quia in eo letabitur
cor nostrum: et in nomine sancto
eius speravimus. Fiat misericordia
tua domine super nos: quemad-
modum speravimus in te. Ps.
Benedicam dominum in omni 33
tempore: semper laus
eius in ore meo. In domino
laudabitur anima mea: au-
diant mansueti et letentur.

Magnificate dominum mecum: et
exultemus nomen eius in id
ipsum. Exquisivi dominum et exau-
divit me: et ex omnibus tribulationi-
bus meis eripuit me. Acce-
dite ad eum et illuminamini: et
facies vestre non confundentur.
Iste pauper clamavit et dominus
exaudivit eum: et de omnibus
tribulationibus eius salvavit eum.
Inmittit angelus domini in
circuitu timentium eum et eripi-
et eos. Gustate et videte
quoniam suavis est dominus: beatus
vir qui sperat in eo. Time-
te dominum omnes sancti eius: quoniam
non est inopia timentibus
eum. Divites eguerunt et esu-
rierunt: inquirentes autem
dominum non minuentur omni bo-
no. Venite filii audite
me: timorem domini docebo
vos. Quis est homo qui vult
vitam: diligit dies videre
bonos. Prohibe linguam
tuam a malo: et labia tua
ne loquantur dolum. Diver-
te a malo et fac bonum: in-
quire pacem et persequere
eam. Oculi domini super iustos:
et aures eius in preces eorum.
Vultus autem domini super
facientes mala: ut perdat
de terra memoriam eorum. Cla-
maverunt iusti et dominus exau-
divit eos: et ex omnibus tri-
bulationibus eorum liberavit
eos. Iuxta est dominus his
qui tribulato sunt corde: et
humiles spiritu salvabit. Multe
tribulationes iustorum: et de om-
nibus his liberavit eos dominus.
Custodit dominus omnia ossa
eorum: unum ex his non con-
teretur. Mors peccatorum pessima:
et qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dominus animas servorum
suorum: et non delinquent
omnes qui sperant in eo. ps
Rectos decet collaudatio. antifo
Iudica domine nocentes me: ex- Ze
pugna impugnantes
me. Apprehende arma et scu-
tum: et exurge in adiuto-
rium michi. Effunde frameam
et conclude adversus eos qui
me persequuntur: dic anime mee
salus tua ego sum. Con-
fundantur et revereantur que-
rentes animam meam. Aver-
tantur retrorsum et confun-
dantur: cogitantes michi
mala. Fiant tamquam
pulvis ante faciem venti:
et angelus domini coartans
eos. Fiat via illorum tene-
bre et lubricum: et angelus
domini persequens eos. Quoniam gra-
tis absconderunt michi in
interitum laqueum suum: super-
vacue exprobraverunt animam
meam. Veniat illi laqueus quem
ignorat et captio quam ab-
scondit apprehendat eum: et
in laqueum cadat in ipsum. Ani-
ma autem mea exultabit in

dno: et delectabitur super salu
tari suo. Omnia ossa mea
dicent: Domine quis similis
tibi. Eripiens inopem de
manibus fortiorum eius: egenum
et pauperem a diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui:
que ignorabam interrogabant
me. Retribuebant michi ma
la pro bonis: sterilitatem anime
mee. Ego autem cum michi
molesti essent: induebar
cilicio. Humiliabam in ieiu
nio animam meam: et oratio mea
in sinum meum convertetur. Quasi
proximum quasi fratrem nostrum
sic complacebam: quasi lu
gens et contristatus sic humilia
bar. Et adversum me leta
ti sunt et convenerunt: et congre
gata sunt super me flagella
et ignoravi. Dissipati sunt
nec compuncti: temptave
runt me subsannaverunt me
subsannatione: frenduerunt
super me dentibus suis. Domine
quando respicies: restitue animam
meam a malignitate eorum:
a leonibus unicam meam. Con
fitebor tibi in ecclesia mag
na: in populo gravi lauda
bo te. Non supergaudeant
michi qui adversantur michi ini
que: qui oderunt me gratis
et annuunt oculis. Quoniam michi qui
dem pacifice loquebantur:
et in iracundia terre loquentes:
dolos cogitabant. Et dila
taverunt super me os suum: dixe
runt euge euge viderunt o
culi nostri. Vidisti Domine ne sile
as: Domine ne discedas a me.
Exurge et intende iudicio
meo: Deus meus et Dominus
meus in causam meam. Iu
dica me Domine secundum iusticiam
tuam Domine Deus meus: et
non supergaudeant michi.
Non dicant in cordibus
suis euge euge anime nostre:
nec dicant devoravimus eum.
Erubescant et revereantur
simul: qui gratulantur malis
meis. Induantur confusio
ne et reverentia: qui ma
gna loquuntur super me. Ex
ultent et letentur qui volunt
iusticiam meam et dicant
semper magnificetur Dominus:
qui volunt pacem servi eius. volūt
Et lingua mea medi
tabitur iusticiam tuam: tota
die laudem tuam. Psalmus 37
Dixit iniustus ut de
linquat in semetipso: non
est timor Dei ante oculos
eius. Quoniam dolose egit in
conspectu eius: ut invenia
tur iniquitas eius ad
odium. Verba oris eius
iniquitas et dolus: noluit
intelligere ut bene ageret.
Iniquitatem meditatus est
in cubili suo: astitit omni
vie non bone: maliciam
autem non odivit. Domine in celo

dia tua: et veritas tua usque
ad nubes. Iusticia tua sicut
montes dei: iudicia tua
abyssus multa. Homines et
iumenta salvabis domine: quem-
admodum multiplicasti misericordiam
tuam deus. Filii hominum in
tegmine: alarum tuarum
sperabunt. Inebriabuntur
ab ubertate domus tue: et tor-
rente voluptatis tue pota-
bis eos. Quoniam apud te est fons
vite: et in lumine tuo vi-
debimus lumen. Pretende
misericordiam tuam scientibus te: et
iusticiam tuam hiis qui
recto sunt corde. Non ve-
niat michi pes superbie:
et manus peccatoris non
moveat me. Ibi ceciderunt
qui operantur iniquitatem: ex-
pulsi sunt nec potuerunt
stare. Gloria patri. An. Expugna
impugnantes me. Ps. david.
36 Noli emulari in ma-
lignantibus: neque ze-
laveris facientes iniquitatem.
Quoniam tamquam fenum velo-
citer arescent: et quem-
admodum olera herbarum
cito decident. Spera in domino
et fac bonitatem et inhabita
terram: et pasceris in divitiis
eius. Delectare in domino:
et dabit tibi petitiones cor-
dis tui. Revela domino viam
tuam et spera in eo: et ipse
faciet. Et educet quasi lu-
men iusticiam tuam et iu-
dicium tuum tamquam meridiem:
subditus esto domino et ora eum.
Noli emulari in eo qui prospe-
ratur in via sua: et in homine
faciente iniusticias. Desine
ab ira et derelinque furorem:
noli emulari ut maligneris.
Quoniam qui malignantur extermi-
nabuntur: sustinentes autem
dominum ipsi hereditabunt terram.
Et adhuc pusillum et non
erit peccator: et queres locum
eius et non invenies. Man-
sueti autem hereditabunt terram:
et delectabuntur in multitudine
pacis. Observabit peccator
iustum: et stridebit super
eum dentibus suis. Dominus autem
irridebit eum: quoniam prospicit
quod veniat dies eius. Gla-
dium evaginaverunt peccatores:
intenderunt arcum suum. Ut
deiciant pauperem et inopem:
et trucident rectos corde. Gla-
dius eorum intret in cor-
da ipsorum: et arcus eorum con-
fringatur. Melius est modi-
cum iusto: super divitias pec-
catorum multas. Quoniam brachia
peccatorum conterentur: confir-
mat autem iustos dominus. No-
vit dominus dies immaculatorum:
et hereditas eorum in eternum erit.
Non confundentur in tempore ma-
lo: et in diebus famis
saturabuntur quia peccatores
peribunt. Inimici vero domini
mox ut honorificati fuerint

et exaltati: deficientes quemad-
modum fumus deficient. Mutua-
bitur peccator et non solvet: iustus
autem miseretur et tribuet. Quia
benedicentes ei hereditabunt
terram: maledicentes autem ei
disperibunt. Apud dominum gres-
sus hominis dirigentur: et vi-
am eius volet. Cum ceci-
derit non collidetur: quia dominus
supponit manum suam. Iuni-
or fui et enim senui: et non
vidi iustum derelictum: nec
semen eius querens panem.
Tota die miseretur et commo-
dat: et semen illius in bene-
dictione erit. Declina a ma-
lo et fac bonum: et inhabita in
seculum seculi. Quia dominus amat
iudicium et non derelinquet sanctos
suos: in eternum conservabuntur.
Iniusti punientur: et se-
men impiorum peribit. Iusti
autem hereditabunt terram: et
inhabitabunt in seculum secu-
li super eam. Os iusti me-
ditabitur sapientiam: et lingua
eius loquetur iudicium. Lex
dei eius in corde ipsius:
et non supplantabuntur gressus
eius. Considerat peccator iustum:
et querit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet
eum in manibus eius: nec
dampnabit eum cum iudi-
cabitur illi. Expecta dominum et
custodi viam eius: et ex-
altabit te ut hereditate capi-

as terram: cum perierint pecca-
tores videbis. Vidi impium
superexaltatum et exaltatum
elevatum: sicut cedros li-
bani. Et transivi et ecce non
erat: quesivi et non est in-
ventus locus eius. Custo-
di innocentiam et vide equi-
tatem: quoniam sunt reliquie
homini pacifico. Iniusti autem
disperibunt: simul reliquie
impiorum interibunt. Salus
autem iustorum a domino: et pro-
tector eorum in tribulatione.
Et adiuvabit eos dominus
et liberabit eos et eruet eos
a peccatoribus: et salvabit
eos quia speraverunt in eo. ps.
Domine ne in furore
tuo arguas me: ne-
que in ira tua corripias
me. Quoniam sagitte tue in-
fixe sunt michi: et con-
firmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne
mea a facie ire tue: non
est pax ossibus meis: a
facie peccatorum meorum. Quoniam
iniquitates mee super-
gresse sunt caput meum:
et sicut onus grave gra-
vate sunt super me. Pu-
truerunt et corrupte sunt ci-
catrices mee: a facie
insipientie mee. Miser
factus sum et curvatus sum
usque in finem: tota die con-
tristatus ingrediebar. Quoniam
lumbi mei impleti sunt 37

illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in me dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei: adversum me appropinquaverunt et steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui quaerebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tamquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speravi non confundar: tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commoventur pedes mei super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam ego annuntiabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei vivunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum domine deus salutis meae. Gloria patri. Ps. An. Revela domino viam tuam. V. Domine in caelo misericordia tua et veritas tua usque ad nubes. Laudes. 28

Miserere mei deus. Psalmum. An. Intellige clamorem meum domine. Ps. Verba mea. An. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Psalmum. An. Conversus est furor tuus domine et consolatus es me. Ps. Confitebor. Laudate dominum de caelis. Psalmum. Ymnus.

Splendor paternae gloriae de luce lucem proferens lux lucis et fons luminis dies diem illuminans. Verusque sol illabere micans nitore perpeti iubarque sancti spiritus infunde nostris sensibus. Votis vocemus te patrem patrem perennis gloriae patrem potentis gratiae culpam releget lubricam. Informet actus strenuos dentem retundat invidi casus secundet asperos donet gerendi gratiam. Mentem gubernet et regat casto fideli corpore fides calore ferveat fraudis venena nesciat. Christusque nobis sit cibus potusque noster sit fides laeti bibamus sobriam ebrietatem spiritus. Laetus dies hic transeat pudor sit ut diluculum fides velut meridies crepusculum mens nesciat. Aurora cursus provehit aurora totus prodeat in patre totus filius

Capitulum ad chorum XVI

Fratres surgite vigilate et orate state in fide et omnia vestra in caritate fiant. Deo gracias.

et totus in verbo pater Deo patri sit be-
plecti semper iuvante gratia tua consul-
tabimus. An. Auditus dulcis astans spu-
sperantia in veritate. Jubilemus et
salutari deo patri veniente. Imnus.
Consors paterni luminis lux ipse lu-
cis et dies noctem canendo ru-
pimus assiste postulantibus. Au-
fer tenebras mentium fuga cater-
vas demonum expelle sompno-
lenciam ne pigritantes obruat.
Sic Christe nobis omnibus indulge-
as credentibus ut prosit exorantibus
quod precinentes psallimus. Pra-
pater piissime
38 Dixi custodiam vias
meas: ut non
delinquam in lin-
gua mea. Posui
ori meo custo-
diam: cum consisteret peccator
adversum me. Obmutui et
humiliatus sum et silui a bo-
nis: et dolor meus reno-
vatus est. Concaluit cor
meum intra me: et in me-
ditatione mea exardescet
ignis. Locutus sum in
lingua mea: notum fac
michi domine finem meum. Et
numerum dierum meorum quis est:
ut sciam quid desit michi.
Ecce mensurabiles posuisti
dies meos: et substantia mea
tamquam nichilum ante te. Verum-
tamen universa vanitas: om-
nis homo vivens. Verumtamen
in ymagine pertransit homo:
sed et frustra conturbatur.
Thezaurizat et ignorat
cui congregabit ea. Et nunc

nonne dominus
que est expectatio mea dominus: et sub-
stantia mea apud te est.
Ab omnibus iniquitatibus
meis erue me: obprobrium
insipienti dedisti me. Ob-
mutui et non aperui os meum:
quoniam tu fecisti amove a me
plagas tuas. A fortitudine
manus tue ego defeci in in-
crepationibus: propter iniquitatem
corripuisti hominem. Et ta-
bescere fecisti sicut araneam araneam
animam ~~meam~~ eius: verumtamen
vane conturbatur omnis homo.
Exaudi domine orationem meam
et deprecationem meam: auri-
bus percipe lacrimas meas.
Ne sileas quoniam advena ego
sum apud te et peregrinus: si-
cut omnes patres mei. Remit-
te michi ut refrigerer: prius
quam abeam et amplius
non ero. Gloria patri. Ps. dd.
Expectans expectavi dominum: 39
et intendit michi. Et
exaudivit preces meas et edu-
xit me de lacu miserie
et de luto fecis. Et statuit
super petram pedes meos:
et direxit gressus meos.
Et immisit in os meum
canticum novum: carmen deo
nostro. Videbunt multi et time-
bunt: et sperabunt in domino.
Beatus vir cuius est nomen
spes eius
domini: et non respexit in va-
nitates et insanias
falsas. Multa fecisti tu domine
deus meus mirabilia tua
et cogitationibus tuis non

est quibus similis est tibi. Annunci-
avi et locutus sum; multipli-
cati sunt super numerum. Sacrificium
et oblationem voluisti; aures
autem perfecisti michi. Holo-
caustum et pro peccato non postulasti:
tunc dixi ecce venio. In ca-
pite libri scriptum est de me ut
facerem voluntatem tuam deus
meus volui; et legem tuam
in medio cordis mei. Annun-
ciavi iusticiam tuam in ecclesia
magna: ecce labia mea
non prohibebo domine tu scisti. Iu-
sticiam tuam non abscondi in
corde meo; veritatem tuam
et salutare tuum dixi. Non
abscondi misericordiam tuam et
veritatem tuam; a concilio mul-
to. Tu autem domine ne longe
facias miserationes tuas a me;
misericordia tua et veritas tua semper
susceperunt me. Quoniam circumde-
derunt me mala quorum non
est numerus comprehenderunt me ini-
quitates mee; et non potui
ut viderem. Multiplicate sunt
super capillos capitis mei:
et cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine ut
eruas me; domine ad adiu-
vandum me respice. Con-
fundantur et revereantur simul;
qui querunt animam meam
ut auferant eam. Aver-
tantur retrorsum et revere-
antur: qui volunt michi
mala. Ferant confestim
confusionem suam: qui dicunt

michi euge euge. Exultent
et letentur super te omnes queren-
tes te et dicant semper magni-
ficetur dominus: qui diligunt
salutare tuum. Ego autem egenus (mendicus)
sum et pauper: et dominus
sollicitus est mei. Adiutor
meus et protector meus tu
es; deus meus ne tarda-
veris. Gloria patri. an. Ut non delinquam
in lingwa mea. Sana domine

Beatus qui intelligit
super egenum et pauperem;
in die mala liberabit eum
dominus. Dominus conservet
eum et vivificet eum et beatum
faciat eum in terra; et non tradat
eum in animam inimicorum
eius. Dominus opem ferat
illi super lectum doloris eius:
universum stratum eius versasti
in infirmitate eius. Ego
dixi domine miserere mei; sana
animam meam quia peccavi
tibi. Inimici mei dixerunt
mala michi; quando morietur
et peribit nomen eius. Et
si ingrediebatur ut videret
vana loquebatur cor eius;
congregavit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras et
loquebatur in idipsum. Adversum
me susurrabant omnes inimici
mei; adversum me cogita-
bant mala michi. Verbum
iniquum constituerunt adversum
me; numquid qui dormit
non adiciet ut resurgat

Et enim homo pacis mee in quo speravi: qui edebat panes meos magnificavit super me supplantationem. Tu autem domine miserere mei et resuscita me: et retribuam eis. In hoc cognovi quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in eternum. Benedictus dominus deus israhel a seculo et in seculum fiat fiat. ps

XLI Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitivit anima mea ad deum fontem vivum: quando veniam et apparebo ante faciem dei. Fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte: dum dicitur michi cotidie ubi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei. In voce exultationis et confessionis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Ad me ipsum anima mea conturbata est propterea memor ero tui de terra iordanis: et hermoniim a monte modico. Abyssus abyssum invocat: in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt. In die mandavit dominus misericordiam suam: et nocte canticum eius. Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei et quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus. Dum confringuntur ossa mea exprobraverunt michi: qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt michi per singulos dies ubi est deus tuus: quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus meus. ps dd

Sana domine animam meam quia peccavi tibi ps domine ...

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso eripe me. Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti: et quare tristis incedo: dum affligit me inimicus. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum: et in tabernacula tua. Et introibo ad XLII [illegible]

altare dei: ad deum qui leti-
ficat iuventutem meam. Confitebor
tibi in cithara deus deus meus:
quare tristis es anima mea:
et quare conturbas me
Spera in deo quoniam adhuc con-
fitebor illi: salutare vultus
mei et deus meus

xliii

Deus auribus nostris au-
divimus: patres nostri annun-
ciaverunt nobis. Opus quod
operatus es in diebus eorum.
et in diebus antiquis. Ma-
nus tua gentes disperdidit
et plantasti eos: afflixisti
populos et expulisti eos. Nec
enim in gladio suo possederunt
terram: et brachium eorum non
salvabit eos. Sed dextera tua
et brachium tuum et illuminatio
vultus tui: quoniam complacui-
sti in eis. Tu es ipse
rex meus et deus meus:
qui mandas salutes iacob
In te inimicos nostros venti-
labimus cornu: et in no-
mine tuo spernemus insur-
gentes in nobis. Non enim
in arcu meo sperabo: et gla-
dius meus non salvabit
me. Salvasti enim nos de
affligentibus nos: et odi-
entes nos confudisti. In
deo laudabimur tota die:
et in nomine tuo confite-
bimur tibi in seculum. Nunc
autem repulisti et confudisti
nos: et non egredieris deus

Avertisti

in virtutibus nostris. Avertisti
nos retrorsum post inimicos nostros
et qui oderunt nos diripiebant
sibi. Dedisti nos tamquam
oves escarum: et in gentibus dispersisti
nos dispersisti. Vendidisti
populum tuum sine precio et non
fuit multitudo in commuta-
tionibus eorum. Posuisti nos ob-
probrium vicinis nostris: subsan-
nationem et derisum his qui
in circuitu nostro sunt. Posuisti
nos in similitudinem gen-
tibus: commotationem capitis
in populis. Tota die verecun-
dia mea contra me est:
et confusio faciei mee cooperuit
me. A voce exprobrantis et
obloquentis: a facie inimici
et persequentis. Hec omnia ve-
nerunt super nos nec obliti
sumus te: et inique non
egimus in testamento tuo.
Et non recessit retro cor
nostrum et declinasti semitas
nostras a via tua. Quoniam humi-
liasti nos in loco afflicti-
onis: et cooperuit nos um-
bra mortis. Si obliti sumus
nomen dei nostri: et si ex-
pandimus manus nostras
ad deum alienum. Nonne deus
requiret ista: ipse enim no-
vit abscondita cordis.
Quoniam propter te mortificamur
tota die: estimati sumus
sicut oves occisionis. Ex-

urge quare obdormis domine:
exurge et ne repellas in fi-
nem. Quare faciem tuam
avertis oblivisceris inopie
nostre: et tribulationis nostre.
Quoniam humiliata est in pulvere
anima mea: conglutinatus
est in terra venter noster. Exurge
domine adiuva nos: et rede-
me nos propter nomen tuum. ps
xliiij Eructavit cor meum ver-
bum bonum: dico ego
opera mea regi. Lingwa
mea calamus scribe: ve-
lociter scribentis. Speciosus
forma pre filiis hominum diffu-
sa est gracia in labiis tuis:
propterea benedixit te deus in
eternum. Accingere gladio tuo
super femur tuum potentissime.
Specie tua et pulchritudine tu-
a intende prospere
procede et regna. Propter
veritatem et mansuetudinem
et iusticiam: et deducet te
mirabiliter dextera tua. Sa-
gitte tue acute: populi sub
te cadent in corda inimicorum
regis. Sedes tua deus in
seculum seculi: virga directi-
onis virga regni tui. Di-
lexisti iusticiam et odisti
iniquitatem: propterea unxit
te deus deus tuus oleo leti-
cie pre consortibus tuis. Mir-
ra et gutta et cassia a vesti-

arbor ubi flos [illegible]

mentis tuis a domibus eburne-
is: ex quibus delectaverunt
te filie regum in honore
tuo. Astitit regina a dextris
tuis in vestitu deaurato cir-
cumdata varietate. Audi
filia et vide et inclina au-
rem tuam: et obliviscere
populum tuum et domum patris
tui. Et concupiscet rex de-
corem tuum quoniam ipse est dominus
deus tuus: et adorabunt
eum. Et filie tiri in muneribus
vultum tuum deprecabuntur om-
nes divites plebis. Omnis
gloria eius filie regis ab intus in fim- eius filie
briis aureis: circumamic-
ta varietatibus. Adducentur
regi virgines post eam pro-
xime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et
exultatione: adducentur
in templum regis. Pro patri-
bus tuis nati sunt tibi filii: con-
stitues eos principes super
omnem terram. Memor ero
nominis tui domine: in omni
generatione et generationem. Prop-
terea populi confitebuntur tibi
in eternum: et in seculum seculi.
Eructavit cor meum verbum bonum
Deus noster refugium et virtus: xlv
adiutor in tribulationibus
que invenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus dum
turbabitur terra: et transferentur

montes in cor maris. Sonuerunt et turbate sunt
aque eorum: conturbati sunt
montes in fortitudine sua. Fluminis impetus leti-
ficat civitatem dei: sanctifica-
vit tabernaculum suum altis-
simus. Deus in medio eius
non commovebitur: adiuva-
bit eam deus diluculo ma-
ne. Conturbate sunt gen-
tes et inclinata sunt reg-
na: dedit vocem suam mo-
ta est terra. Dominus virtutum
nobiscum: susceptor noster deus
iacob. Venite et videte
opera domini que posuit prodigi-
a super terram: auferens
bella usque ad finem terre. Ar-
cum conteret et confringet
arma: et scuta comburet
igni. Vacate et videte quoniam
ego sum dominus (deus) et exalta-
bor in gentibus et exalta-
bor in terra. Dominus virtutum
nobiscum susceptor noster deus
iacob. Gloria patri. ps.

xlvi Omnes gentes plaudi-
te manibus: iubi-
late deo in voce exultatio-
nis. Quoniam dominus excelsus
terribilis: rex (magnus) super omnem ter-
ram. Subiecit populos nobis:
et gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem
suam: speciem iacob quam
dilexit. Ascendit deus in
iubilo: et dominus in voce
tube. Psallite deo nostro psal-
(psallite) lite regi nostro psallite. Quoniam
rex omnis terre deus psalli-
te sapienter. Regnabit deus
super gentes: deus sedet super
sedem sanctam suam. Principes
populorum congregati sunt cum
deo abraham: quoniam dii for-
tes terre vehementer eleva-
ti sunt. Gloria patri. Adiutor in
tribulationibus. psalmus

xlvii Magnus dominus et lau-
dabilis nimis: in civi-
tate dei nostri in monte sancto
eius. Fundatur exultatione
universe terre: mons syon la-
tera aquilonis civitas re-
gis magni. Deus in domi-
bus eius cognoscetur: cum
suscipiet eam. Quoniam ecce
reges (terre) congregati sunt conve-
nerunt in unum. Ipsi viden-
tes sic admirati sunt con-
turbati sunt et commoti sunt:
tremor apprehendit eos. I-
bi dolores ut parturientis
in spiritu vehementi: conte-
res naves tharsis. Sicut
audivimus sic vidimus in ci-
vitate domini virtutum in civi-
tate dei nostri: deus fundavit
eam in eternum. Suscepimus
deus misericordiam tuam in me-
dio templi tui. Secundum
nomen tuum deus sic et laus
tua in fines terre: iusticia
plena est dextera tua. Lete-
tur mons syon et exultent
filie iude: propter iudicia tua
domine. Circumdate syon et

complectimini eam: narrate in
turribus eius. Ponite corda
vestra in virtute eius et distri
buite domos eius: ut enarre
tis in progenie altera. Quoniam
hic est deus deus noster in eter
num et in seculum seculi: ipse
reget nos in secula

xlviii Audite hec omnes gentes:
auribus percipite omnes
qui habitatis orbem. Quique
terrigene et filii hominum: simul
in unum dives et pauper.
Os meum loquetur sapientiam:
et meditatio cordis mei
prudentiam. Inclinabo
in parabolam aurem me
am: aperiam in psalterio
propositionem meam. Cur time
bo in die mala: iniquitas
calcanei mei circumdabit
me. Qui confidunt in vir
tute sua et in multitudine
divitiarum suarum gloriantur.
Frater non redimit rede
placationem met homo: non dabit deo pla
cationem suam. Et pretium
redemptionis anime sue et
laborabit in eternum: et
vivet adhuc in finem.
Non videbit interitum cum
viderit sapientes morien
tes: simul insipiens et stul
tus peribunt. Et relinquent
alienis divitias suas: et
sepulchra eorum domus illo
rum in eternum. Taber
nacula eorum in progenie et
progenie vocaverunt nomina

sua: in terris suis. Et homo
cum in honore esset non in
tellexit: comparatus est iumen
tis insipientibus: et similis
factus est illis. Hec via illorum
scandalum ipsis: et postea in
ore suo complacebunt. Sicut
oves in inferno positi sunt:
mors depascet eos. Et domina
buntur eorum iusti in matu
tino et auxilium eorum vete
rascet in inferno a gloria eorum.
Verumtamen deus redimet animam
meam de manu inferi cum
acceperit me. Ne
timueris cum dives factus fu
erit homo: et cum multipli
cata fuerit gloria domus eius. +
Quia anima eius in vita
ipsius benedicetur: confite
bitur tibi cum benefeceris
ei. Introibit usque in pro
genies patrum suorum: et
usque in eternum non videbit
lumen. Et homo cum in
honore esset non intelle
xit: comparatus est iumenti
insipientibus: et similis
factus est illis. Gloria. Auribus
percipite qui habitatis orbem.

xlix Deus deorum dominus locutus
est et vocavit terram.
A solis ortu usque ad occasum:
ex Syon species decoris eius. Deus
manifeste veniet: deus
noster et non silebit. Ignis in
conspectu eius exardescet:

+ Quoniam cum interierit non sumet
omnia neque descendet cum eo gloria
eius

et in circuitu eius tempestas
valida. Et vocavit celum
desursum: et terram discernere
populum suum. Congregate illi
sanctos eius: qui ordinant tes-
tamentum eius super sacrifi-
cia. Et annunciabunt celi iusti-
ciam eius: quoniam deus iu-
dex est. Audi populus meus
et loquar israhel: et tes-
tificabor tibi deus deus tuus
ego sum. Non in sacrificiis
tuis arguam te: holocau-
sta autem tua in conspectu
meo sunt semper. Non accipiam
de domo tua vitulos:
neque de gregibus tuis hircos.
Quoniam mee sunt omnes bestie
silvarum: iumenta in mon-
tibus et boves. Cognovi
omnia volatilia celi: et
pulchritudo agri mecum est.
Si esuriero non dicam tibi
meus est enim orbis terre et
plenitudo eius. Numquid
manducabo carnes thau-
rorum: aut sanguinem hir-
corum potabo. Immola deo
sacrificium laudis: et redde
altissimo vota tua. Et in-
voca me in die tribulationis
et eruam te: et honori-
ficabis me. Peccatori autem
dixit deus quare tu enar-
ras iustitias meas: et as-
sumis testamentum meum
per os tuum. Tu vero odisti dis-
ciplinam: et proiecisti sermones meos
retrorsum. Si videbas furem
currebas cum eo: et cum ad-
ulteris portionem tuam
ponebas. Os tuum abundavit
malitiam: et lingua tua
concinnabat dolos. Sedens
adversus fratrem tuum loquebaris
et adversus filium matris tue
ponebas scandalum: hec
fecisti et tacui. Existimasti inique
quod ero tui similis: arguam
te et statuam contra fa-
ciem tuam. Intelligite hec
qui obliviscimini deum: ne
quando rapiat et non sit qui
eripiat. Sacrificium laudis
honorificabit me: et illic
iter quo ostendam illi
salutare dei. psalmus.
Miserere mei deus se-
cundum magnam misericordiam
tuam. Et secundum multitudinem
miserationum tuarum: dele iniqui-
tatem meam. Amplius
lava me domine ab iniquita-
te mea: et a peccato meo mun-
da me. Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et pec-
catum meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi et malum
coram te feci: ut iustifice-
ris in sermonibus tuis: et vin-
cas cum iudicaris. Ecce enim
in iniquitatibus conceptus
sum: et in peccatis concepit

me mater mea. Ecce enim ve-
ritatem dilexisti: incerta et oc-
culta manifestasti michi. As-
perges me domine ysopo et mun-
dabor: lavabis me et super
nivem dealbabor. Auditui me-
o dabis gaudium et leticiam: et
exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam a peccatis
meis: et omnes iniquitates
meas dele. Cor mundum crea
in me deus: et spiritum rectum in-
nova in visceribus meis. Ne
proiicias me a facie tua: et
spiritum sanctum tuum ne auferas
a me. Redde michi leticiam
salutaris tui: et spiritu princi-
pali confirma me. Docebo
iniquos vias tuas et im-
pii ad te convertentur. Libera me
de sanguinibus deus deus salutis
mee: et exultabit lingua
mea iusticiam tuam. Domine
labia mea aperies: et os
meum annunciabit laudem
tuam. Quoniam si voluisses sacri-
ficium dedissem utique holocau-
stis non delectaberis. Sacrifi-
cium deo spiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum
deus non despicies. Benigne
fac domine in bona voluntate
tua syon: ut edificentur
muri ierusalem. Tunc accepta-
bis sacrificium iusticie obla-
tiones et holocausta: tunc

imponent super altare tuum
vitulos. Gloria
Quid gloriaris in mali- R
cia: qui potens es
in iniquitate. Tota die
iniusticiam cogitavit lin-
gua tua: sicut novacu-
la acuta fecisti dolum. Di-
lexisti maliciam super be-
nignitatem: iniquitatem
magis quam equitatem loqui. Dile-
xisti omnia verba precipita-
cionis: lingua dolosa. Pro-
pterea deus destruet te in
finem evellet te et emigra-
bit te de tabernaculo: et
radicem tuam de terra viven-
cium. Videbunt iusti et ti-
mebunt et super eum ri-
debunt et dicent: ecce homo
qui non posuit deum adiu-
torem suum. Sed speravit in
multitudine diviciarum suarum
: et prevaluit in vanitate
sua. Ego autem sicut oli-
va fructifera in domo dei
speravi in misericordia dei in eter-
num: et in seculum seculi.
Confitebor tibi in seculum
quia fecisti: et expecta-
bo nomen tuum quoniam bonum est
in conspectu sanctorum tuorum. Lau.
Secundum magnam misericordiam tuam
domine miserere mei. Psalmus Cum. Salu-
tare vultus mei deus meus. Ps.
Iudica me. An. Ditavit me anima

Deus deorum locutus est. Immola deo
sacrificium laudis et redde altissimo vota

domine. ps. Deus deus meus. a. Cunctis
diebus vite nostre salvos nos fac domine
ps. Ergo dixer. an. Omnes gentes ad-
orate dominum de celis ipsum. Hympnus
Ales diei nuntius lucem propinquam
precinit nos excitator mentium
iam Christus ad vitam vocat. Au-
ferte clamat lectulos egros
sopore desides castique recte ac
sobrie iam vigilate proximus. Ihesum
ciamus vocibus flentes precantes
sobrie intenta supplicatio dor-
mire cor mundum vetat. Tu Christe
somnum disrumpe tu rumpe noctis
vincula tu solve peccatum vetus
novumque lumen ingere. Deo patri
5tt Repleti sumus mane misericordiam tuam
Exultavimus et delectati sumus
Erexit nobis cornu salutis in domo da-
vid pueri sui. ps. Benedictus. Feria iiiia
Invit. In manu tua domine omnes fi-
nes terre. Hymnus. Rerum creator opti-
me rector noster aspice nos a quie-
te noxia mersos sopore libera
Te Christe sancte poscimus ignosce tu
criminibus ad confitendum tollimus
propheta sicut noctibus surgimus
morasque noctis rumpimus. Men-
tes manusque tollimus propheta sicut
noctibus nobis gerendum precipit
paulusque gestis censuit. Vides
malum quod gessimus occulta nostra
pandimus preces gementes fundi-
mus dimitte quod peccavimus
Presta pater piissime. ps. Vespertini
Dixit insipiens
in corde suo:
non est deus
Corrupti sunt
et abhominabiles
facti sunt in stu-
diis suis: non est qui faciat bo-
num: non est usque ad unum

Dominus de celo prospexit super filios
hominum: ut videat si est intel-
ligens aut requirens deum
Omnes declinaverunt simul inutiles
facti sunt: non est qui faciat bo-
num non est usque ad unum. No-
nne scient omnes qui operantur
iniquitatem: qui devorant
plebem meam sicut escam pa-
nis. Deum non invocaverunt
illic trepidaverunt timore: ubi
non erat timor. Quoniam deus dis-
sipat ossa eorum qui hominibus
placent: quoniam deus sprevit
eos. Quis dabit ex syon sa-
lutare israhel cum averterit
dominus captivitatem plebis sue:
exultabit iacob et letabi-
tur israhel. Gloria. ps. Deus ... salva
Deus in nomine tuo sal-
vum me fac: et in virtu-
te tua libera me. Deus ex-
audi orationem meam: auribus
percipe verba oris mei. Quoniam
alieni insurrexerunt in me
et fortes quesierunt animam
meam: et non proposuerunt deum
ante conspectum suum. Ecce
enim deus adiuvat me: et
dominus susceptor est anime mee
Averte mala inimicis meis:
in veritate tua disperde illos
Voluntarie sacrificabo tibi:
et confitebor nomini tuo quoniam
bonum est. Quoniam ex omni tribu-
latione eripuisti me: et super
inimicos meos despexit oculus

meus. Gloria patri. psalmus.
liiij Exaudi deus orationem meam
et ne despexeris deprecationem
meam; intende michi et ex-
audi me. Contristatus sum in exer-
citatione mea et conturbatus
sum a voce inimici: et a tribula-
tione peccatoris. Quoniam declina-
verunt in me iniquitates:
et in ira molesti erant michi.
Cor meum conturbatum est in
me; et formido mortis ce-
cidit super me. Timor et tre-
mor venerunt super me: et con-
texerunt me tenebre. Et di-
xi quis dabit michi pennas
sicut columbe; et volabo
et requiescam. Ecce elon-
gavi fugiens: et mansi in
solitudine. Expectabo deum
qui salvum me fecit: a
pusillanimitate spiritus et tem-
pestate. Precipita domine divi-
de linguas eorum: quoniam vidi
iniquitatem et contradictionem
in civitate. Die ac nocte
circumdabit eam super muros
eius iniquitas; labor in me-
dio eius et iniusticia. Et non
defecit de plateis eius: usura
et dolus. Quoniam si inimicus ma-
ledixisset michi sustinuissem
utique. Et si is qui oderat
me super me magna locutus
fuisset: abscondissem me
forsitan ab eo. Tu vero ho-
mo unanimis: dux meus et
notus meus. Qui simul mecum
dulces capiebas cibos; in
domo dei ambulavimus cum
consensu. Veniat mors super
illos; et descendant in in-
fernum viventes. Quoniam nequi-
tie in tabernaculis eorum:
in medio eorum. Ego autem ad
deum clamavi: et dominus sal-
vabit me. Vespere et mane et
meridie narrabo et annunciabo:
et exaudiet vocem meam.
Redimet in pace animam me-
am ab hiis qui appropinquant
michi: quoniam inter multos erant
mecum. Exaudiet deus et
humiliabit illos: qui est ante
secula. Non enim est illis com-
mutatio et non timuerunt
deum; extendit manum suam
in retribuendo. Contamina-
verunt testamentum eius: divi-
si sunt ab ira vultus eius:
et appropinquavit cor illius.
Molliti sunt sermones eius
super oleum: et ipsi sunt iacula.
Iacta super dominum curam tu-
am et ipse te enutriet: et
non dabit in eternum fluctua-
tionem iusto. Tu vero deus deduces
eos; in puteum interi-
tus. Viri sanguinum et dolo-
si non dimidiabunt dies
suos; ego autem sperabo in te
domine. Gloria patri. Antiphona. Averte domine
captivitatem plebis tue. psalmus dd lv
Miserere mei deus quoniam
conculcavit me homo:

oppugnans
impugnans
tota die expugnans tribulavit
me. Conculcaverunt me inimici
mei tota die; quoniam multi bel-
lantes adversum me. Ab
altitudine diei timebo: ego
vero in te sperabo. In deo lau-
dabo sermones meos; in deo
speravi non timebo quid faci-
at michi caro. Tota die ver-
ba mea execrabantur; adversum
me: omnes cogitationes eorum
in malum. Inhabitabunt et
abscondent; ipsi calcaneum me-
um observabunt. Sicut sus-
tinuerunt animam meam pro
nichilo salvos facies illos;
in ira populos confringes. Deus
vitam meam annunciavi tibi;
posuisti lacrimas meas in
conspectu tuo. Sicut et in
promissione tua: tunc conver-
tentur inimici mei retror-
sum. In quacunque die in-
vocavero te: ecce cognovi
quoniam deus meus es. In deo
laudabo verbum in domino
laudabo sermones; in deo
speravi non timebo quid fa-
ciat michi homo. In me
sunt deus vota tua: que
reddam laudationes tibi.
Quoniam eripuisti animam meam
de morte pedes meos de lap-
su; ut placeam coram deo
in lumine viventium. Gloria
lvi Miserere mei deus misere-
re mei: quoniam in te con-
fidit anima mea. Et in umbra
alarum tuarum sperabo: donec transe-
at iniquitas. Clamabo ad
deum altissimum; ad deum qui bene-
fecit michi. Misit de celo et
liberavit me; dedit in opprobri-
um conculcantes me. Misit deus
misericordiam suam et veritatem su-
am; animam meam eripuit
de medio catulorum leonum dor-
mivi conturbatus. Filii homi-
num dentes eorum arma et sa-
gitte: et lingua eorum gla-
dius acutus. Exaltare super
celos deus; et super omnem ter-
ram gloria tua. Laqueum pa-
raverunt pedibus meis; et in-
curvaverunt animam meam. Fo-
derunt ante faciem meam fove-
am; et inciderunt in eam. Pa-
ratum cor meum deus pa-
ratum cor meum; cantabo et
psalmum dicam. Exurge gloria
mea exurge psalterium et
cythara; exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis
domine; et psalmum dicam tibi
in gentibus. Quoniam magnifi-
cata est usque ad celos misericordia
tua; et usque ad nubes veri-
tas tua. Exaltare super ce-
los deus; et super omnem ter-
ram gloria tua. Gloria ps. da. + lvii
Si vere utique iusticiam lo-
quimini: recte iudicate
filii hominum. Etenim in corde
iniquitates operamini in terra;
iniusticias manus vestre

+ Quoniam in te confidit anima mea
Iuste iudicate

concinat. Alienati sunt peccatores a vulva; erraverunt ab utero; locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surde; et obturantis aures suas. Que non exaudiet vocem incantantium; et venefici incantantis sapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum; molas leonum confringet dominus. Ad nichilum devenient tamquam aqua decurrens; intendit arcum suum donec infirmentur. Sicut cera que fluit auferentur; supercecidit ignis et non viderunt solem. Priusquam intelligerent spine vestre ramnum; sicut viventes sic in ira absorbet eos. Letabitur iustus cum viderit vindictam; manus suas lavabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo si utique fructus iusto; utique est deus iudicans eos in terra. Ps. david.

lviii Eripe me de inimicis meis deus meus; et ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem; et de viris sanguinum salva me. Quia ecce ceperunt animam meam; irruerunt in me fortes. Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine; sine iniquitate cucurri et direxi. Exurge in occursum meum et vide; et tu domine deus virtutum deus israhel. Intende ad visitandas omnes gentes; non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Convertentur ad vesperam et famem patientur ut canes; et circuibunt civitatem. Ecce loquentur in ore suo et gladius in labiis eorum; quoniam quis audivit. Et tu domine deridebis eos; et ad nichilum deduces ~~omnes~~ omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam quia deus susceptor meus; deus meus misericordia eius preveniet me. Deus ostendit michi super inimicos meos ne occidas eos; nequando obliviscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua: et depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum: et comprehendantur in superbia sua. Et de execratione et mendacio annunciabuntur in consummatione; in ira consummationis et non erunt. Et scient quia deus dominabitur iacob et finium terre. Convertentur ad vesperam et famem patientur

ut canes: et circuibunt ciuita-
tem. Ipsi dispergentur ad man-
ducandum: si vero non fuerint
saturati et murmurabunt. Ego
autem cantabo fortitudinem tuam:
et exaltabo mane misericordiam
tuam. Quia factus es suscep-
tor meus et refugium me-
um: in die tribulationis
mee. Adiutor meus tibi
psallam quia deus suscep-
tor meus es: deus meus
misericordia mea. a. Iu-
ste iudicate filii hominum

lix Deus repulisti nos et
destruxisti nos: ira-
tus es et misertus es
nobis. Commovisti terram
et conturbasti eam: sana
contritiones eius quia co-
mota est. Ostendisti populo
tuo dura: potasti nos vi-
no compunctionis. Dedisti
metuentibus te significationem:
ut fugiant a facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui:
salvum fac dextera tua et
exaudi me. Deus locutus
est in sancto suo: letabor et parti-
bor Sichimam et convallem
tabernaculorum metibor. Me-
us est Galaad et meus est
Manasses: et Effraym sus-
ceptio fortitudo capitis
mei. Iuda rex meus:
Moab olla spei mee. In
Ydumeam extendam cal-
ciamentum meum: michi
alienigene subditi sunt. Quis
deducet me in civitatem
munitam: quis deducet me
usque in Ydumeam. Nonne deus
qui repulisti nos: et non
egredieris deus in virtutibus
nostris. Da nobis auxilium de tri-
bulatione: quia vana sa-
lus hominis. In deo faciemus
virtutem: et ad nichilum deducet
tribulantes nos

lx Exaudi deus deprecationem me-
am: intende orationi mee.
A finibus terre ad te clama-
vi: dum anxiaretur cor meum
in petra exaltasti me.
Deduxisti me quia factus es
spes mea: turris fortitu-
dinis a facie inimici. Inhabita-
bo in tabernaculo tuo in secu-
la: protegar in velamen-
to alarum tuarum. Quoniam tu deus
meus exaudisti orationem me-
am: dedisti hereditatem time-
ntibus nomen tuum. Dies dies
super dies regis adicies:
annos eius usque in diem
generationis et generationis. Per-
manet in eternum in conspec-
tu dei: misericordiam et ve-
ritatem quis requiret. Sic psal-
mum dicam nomini tuo in se-
culum seculi: ut reddam vo-
ta mea de die in diem. an.
Da nobis domine auxilium de tribulatione

Nonne deo subiecta erit
anima mea: ab ipso enim

salutare meum. Nam ipse
deus meus et salutaris
meus: susceptor meus non
movebor amplius. Quo-
usque irruitis in hominem
interficitis universi vos: tam-
quam parieti inclinato et
materie depulse. Verumptamen
precium meum cogitaverunt re-
pellere: cucurri in siti ore suo
benedicebant et corde suo
maledicebant. Verumptamen
deo subiecta esto anima mea:
quoniam ab ipso paciencia mea. Quia
ipse deus meus et salvator
meus: adiutor meus non
emigrabo. In deo salutare
meum et gloria mea: deus au-
xilii mei et spes mea in
deo est. Sperate in eo omnis
congregacio populi: effundite
coram illo corda vestra deus
adiutor noster in eternum. Ve-
rumptamen vani filii hominum mendaces filii hominum
in stateris: ut decipiant ipsi
de vanitate in idipsum. Nolite
sperare in iniquitate et ra-
pinas nolite concupiscere:
divicie si affluant nolite
cor apponere. Semel lo-
cutus est deus duo hec audi-
vi quia potestas dei est et
tibi domine misericordia quia tu reddes
unicuique iuxta opera sua
lxij Deus deus meus: ad
te de luce vigilo. Sitivit

in te anima mea: quam
multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta et invia et
aquosa sic in sancto apparui tibi:
ut viderem virtutem tuam
et gloriam tuam. Quoniam me-
lior est misericordia tua super vitas:
labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita
mea: et in nomine tuo
levabo manus meas. Si-
cut adipe et pinguedine
repleatur anima mea: et
labiis exultacionis
laudabit os meum. Si me-
mor fui tui super stratum
meum in matutinis domine
meditabor in te: quia fuisti
adiutor meus. Et in ve-
lamento alarum tuarum exul-
tabo adhesit anima mea
post te: me suscepit dextera
tua. Ipsi vero in vanum que-
sierunt animam meam introibunt
in inferiora terre: tradentur
in manus gladii partes vul-
pium erunt. Rex vero letabitur
in deo laudabuntur omnes qui
iurant in eo: quia obstructum
est os loquencium iniqua. ps.
Exaudi deus oracionem meam lxiij
cum deprecor: a timore
inimici eripe animam meam.
Protexisti me a conventu
malignancium: a multitudine
operancium iniquitatem.
Quia exacuerunt ut gladium

linguas suas intenderunt
arcum rem amaram: ut
sagittent in occultis imma-
culatum. Subito sagittabunt
eum et non timebunt: firma-
verunt sibi sermonem nequam.
Narraverunt ut absconderent
laqueos: dixerunt quis vi-
debit eos. Scrutati sunt in-
iquitates: defecerunt scru-
tantes scrutinio. Accedet
homo ad cor altum: et ex-
altabitur deus. Sagitte
parvulorum facte sunt plage
eorum: et infirmate sunt con-
tra eos lingue eorum. Con-
turbati sunt omnes qui vi-
debant eos: et timuit om-
nis homo. Et annunciaverunt
opera dei: et facta eius intel-
lexerunt. Letabitur iustus in
domino et sperabit in eo et lau-
dabuntur omnes recti corde. ar
A timore inimici eripe animam
meam domine. In ecclesiis ps
lxiiij Te decet ymnus deus
in syon: et tibi reddetur
votum in ierusalem. Exaudi
orationem meam: ad te omnis
caro veniet. Verba ini-
quorum prevaluerunt super nos:
et impietatibus nostris tu
propitiaberis. Beatus quem ele-
gisti et assumpsisti: et in-
habitabit in atriis tuis. Reple-
bimur in bonis domus tue:
sanctum est templum tuum mira-
bile in equitate. Exaudi

nos deus salutaris noster: spes
omnium finium terre et in mari
longe. Preparans montes in
virtute tua accinctus potentia:
qui conturbas profundum maris:
sonum fluctuum eius. Turba-
buntur gentes et timebunt qui
habitant terminos a signis tuis:
exitus matutini et vespere de-
lectabis. Visitasti terram et
inebriasti eam: multiplica-
sti locupletare eam. Flu-
men dei repletum est aquis:
parasti cibum illorum quoniam ita
est preparatio eius. Rivos eius
inebrians multiplica geni-
mina eius: in stillicidiis eius
letabitur germinans. Bene-
dices corone anni benigni-
tatis tue: et campi tui re-
plebuntur ubertate. Pingues-
cent speciosa deserti: et exul-
tatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ovium
et valles abundabunt fru-
mento clamabunt: et enim
ympnum dicent. ps dd. lxv
Iubilate deo omnis terra psal-
mum dicite nomini eius:
date gloriam laudi eius. Dicite
deo quam terribilia sunt
opera tua domine: in multitudine
virtutis tue mentientur tibi
inimici tui. Omnis terra ado-
ret te deus et psallat tibi:
psalmum dicat nomini tuo.
Venite et videte opera dei:

+ In ecclesiis benedicite domino

terribilis in consiliis super omnes
filios hominum. Qui convertit
mare in aridam in flumine
pertransibunt pede: ibi letabimur
in ipso. Qui dominatur
in virtute sua in eternum
oculi eius super gentes respiciunt: qui
exasperant non exaltentur in
semetipsis. Benedicite gentes
deum nostrum: et obauditam facite
vocem laudis eius. Qui
posuit animam meam
ad vitam: et non dedit in
commotionem pedes meos. Quoniam
probasti nos deus: igne nos
examinasti: sicut examinatur
argentum. Induxisti nos
in laqueum posuisti tribula-
tiones in dorso nostro: im-
posuisti homines super capi-
ta nostra. Transivimus per ig-
nem et aquam: et eduxisti
nos in refrigerium. Introi-
bo in domum tuam in holo-
caustis: reddam tibi vota
mea que distinxerunt labia
mea. Et locutum est os meum:
in tribulatione mea. Holo-
causta medullata offeram
tibi cum incenso arietum:
offeram tibi boves cum
hircis. Venite et videte
et narrabo vobis omnes qui
timetis deum: quanta fecit
anime mee. Ad ipsum ore
meo clamavi: et exultavi

sub lingua mea. Iniquitatem
si aspexi in corde meo: non
exaudiet dominus. Propterea ex-
audivit deus: et attendit vo-
ci deprecationis mee. Bene-
dictus deus qui non amovit
orationem meam: et miseri-
cordiam suam a me. ps. d.
Deus misereatur nostri et — salva lxvi
benedicat nobis: illuminet
vultum suum super nos et mi-
sereatur nostri. Ut cognosca-
mus in terra viam tuam:
in omnibus gentibus salu-
tare tuum. Confiteantur tibi
populi deus: confiteantur
tibi populi omnes. Letentur
et exultent gentes quoniam iu-
dicas populos in equitate: et
gentes in terra dirigis. Con-
fiteantur tibi populi deus con-
fiteantur tibi populi omnes terra
dedit fructum suum. Bene-
dicat nos deus deus no-
ster benedicat nos deus: et me-
tuant eum omnes fines terre.
Exurgat deus et dis- — lxvii
sipentur inimici eius:
et fugiant qui oderunt eum
a facie eius. Sicut deficit
fumus deficiant sicut fluit
cera a facie ignis: sic
pereant peccatores a facie dei.
Et iusti epulentur et exul-
tent in conspectu dei: et
delectentur in letitia. Can-
tate deo psalmum dicite nomini

eius iter facite ei qui ascendit
super occasum: dominus nomen
illi. Exultate in conspectu
eius turbabuntur a facie eius
patris orphanorum et iudicis
viduarum. Deus in loco sancto suo;
deus qui inhabitare facit unius
moris in domo. Qui e-
ducit vinctos in fortitudine
similiter eos qui exasperant &
qui habitant in sepulcris
Deus cum egredereris in con-
spectu populi tui: cum per-
transires in deserto. Terra
mota est etenim celi distilla-
verunt a facie dei synai; a fa-
cie dei israhel. Pluviam
voluntariam segregabis deus
hereditati tue; et infirma-
ta est tu vero perfecisti eam
Animalia tua habitabunt
in ea; parasti in dulcedine
tua pauperi deus. Dominus
dabit verbum evangelizan-
tibus; virtute multa. Rex speciei
domus virtutum dilecti dilecti; et spe-
ciei domus dividere spolia. Si dormiatis
inter medios cleros pen-
ne columbe deargentate;
et posteriora dorsi eius in pallore
auri. Dum discernit celestis
reges super eam nive dealba-
buntur in selmon; mons
dei mons pinguis. Mons
coagulatus mons pin-
guis; ut quid conspica-
mini montes coagulatos
Mons in quo beneplacitum

est deo habitare in eo; etenim
dominus habitabit in finem. Cur-
rus dei decem milibus multiplex
milia letantium; dominus in eis
in syna in sancto. Ascendisti in
altum cepisti captivitatem;
accepisti dona in hominibus. Et
enim non credentes: inhabi-
tare dominum deum. Benedictus
dominus die cotidie: pro-
sperum iter faciet nobis deus
salutarium nostrorum. Deus noster
deus salvos faciendi; et
domini domini exitus mortis. Ve-
rumtamen deus confringet
capita inimicorum suorum verticem
capilli perambulantium in de-
lictis suis. Dixit dominus ex
basan convertam; convertam
in profundum maris. Ut
intinguatur pes tuus in
sanguine; lingua canum
tuorum ex inimicis ab ipso. Vi-
derunt ingressus tuos deus:
ingressus dei mei regis
mei qui est in sancto. Preve-
nerunt principes coniuncti psalle-
ntibus; in medio iuvencu-
larum tympanistriarum. In eccle-
siis benedicite deo domino; de
fontibus israhel. Ibi be-
niamin adolescentulus;
et in mentis excessu. Prin-
cipes iuda duces eorum princi-
pes zabulon principes nep-
talim. Manda deus vir-
tuti tue; confirma hoc deus

quod operatus es in nobis
A templo tuo quod est in
ierusalem; tibi offerent re-
ges munera Increpa feras
arundinis congregatio tau-
rorum in vaccis populorum:
ut excludant eos qui pro-
bati sunt argento Dissi-
pa gentes que bella vo-
lunt, venient legati ex e-
gipto; ethiopia preveniet
manus eius deo Regna
terre cantate deo; psalli-
te domino Psallite deo
qui ascendit super celum ce-
li; ad orientem Ecce
dabit voci sue vocem vir-
tutis date gloriam deo super
israhel z magnificentia eius
et virtus eius in nubibus
Mirabilis deus in sanctis
suis deus israhel dabit
virtutem et fortitudinem
plebis sue; benedictus deus
Gloria patri ℟ Deus vitam me-
am nunciavi tibi Posuisti lacri-
mas meas in conspectu tuo
In ecclesiis benedicite domino Laudes
Amplius lava me domine ab in-
iusticia mea ps Miserere mei
Ecce deus adiuvat me deus in spem
sperum an Labia mea laudabunt
te in vita mea deus meus ps
Deus deus meus / an Exultavit
cor meum in domino spem an Ce-
li celorum laudate deum ps Lauda

Nox et tenebre et nubila
Confusa mente et turbi-
da lux intrat albescit polus
christus venit discedite Caligo
terre scinditur percussa solis spi-
culo rebusque iam color redit
vultu nitentis sideris Te christe
solum novimus te mente pu-
ra et simplici flendo et canen-
do quesumus intende nostris
sensibus Sunt multa fusca
illata que luce purgantur
tua tu lux eoi sideris vultu
sereno illumina Deo patri sit an
Repleti sumus mane misericordia tua
Exultavimus et delectati sumus
ant Munus mirandum quod mira-
vit dominus datum est nobis ps
Confitemini ℣ Invitatorium Adoremus
dominum quoniam ipse fecit nos Hym-
nus Nox atra rerum con-
tegit terre colores omnium nos
confitentes poscimus te iudex
iuste cordium Ut auferas pia-
cula sordesque mentis abluas
donesque christe gratiam ut arceantur
crimina Mens ecce torpet
impia quam culpa mordet
noxia obscura gestit tollere
et te redemptor querere Repel-
le tu caliginem intrinsecus quam
maxime ut in beato gaudeat
collocari lumine Gloria patri ps
Salvum me fac
deus quoniam intra-
verunt aque; usque
ad animam meam
Infixus sum in
limo profundi; et non est sub-

stantia. Veni in altitudinem
maris; et tempestas sub
mersit me. Laboravi
clamans raucę factę
sunt fauces meę; defe
cerunt oculi mei dum spe
ro in deum meum. Multi
plicati sunt super capillos
capitis mei; qui oderunt
me gratis. Confortati
sunt qui persecuti sunt me
inimici mei iniuste; que
non rapui tunc exsolve
bam. Deus tu scis insi
pientiam meam; et delic
ta mea a te non sunt
abscondita. Non erubes
cant in me qui expectant
te domine; domine virtutum.
Non confundantur super
me; qui querunt te deus
israhel. Quoniam propter te sus
tinui obprobrium; et ope
ruit confusio faciem me
am faciem meam. Extra
neus factus sum fratribus meis
; et peregrinus filiis matris
mee. Quoniam zelus domus
tue comedit me; et ob
probria exprobrantium tibi ce
ciderunt super me. Et ope
rui in ieiunio animam
meam; et factum est in obpro
brium michi. Et posui ve
stimentum meum cilicium;
et factus sum illis in parabo
lam. Adversum me lo
quebantur qui sedebant in
porta; et in me psallebant
qui bibebant vinum. Ego
vero orationem meam ad te domine;
tempus beneplaciti deus. In
multitudine misericordie tue exau
di me; in veritate salutis
tue. Eripe me de luto ut
non infigar; libera me ab
hiis qui oderunt me et de
profundis aquarum. Non me
demergat tempestas a
que neque absorbeat me
profundum; neque urgeat
super me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam be
nigna est misericordia tua; secundum
multitudinem miserationum
tuarum respice in me. Et
ne avertas faciem tuam
a puero tuo; quoniam tribulor
velociter exaudi me. Inten
de anime mee et libera eam;
propter inimicos meos eripe
me. Tu scis improperium
meum et confusionem meam;
et reverentiam meam. In
conspectu tuo sunt omnes
qui tribulant me; impro
perium expectavit cor meum
et miseriam. Et sustinui
qui simul contristaretur et
non fuit; qui consolaretur
et non inveni. Et dederunt

in escam meam fel: et in si
ti mea potavit me aceto
Fiat mensa eorum coram ip
sis in laqueum; et in retri
butiones et in scandalum O
bscurentur oculi eorum ne vi
deant; et dorsum eorum semper
incurva Effunde super eos
iram tuam; et furor ire
tue comprehendat eos Fiat
habitacio eorum deserta: et in
tabernaculis eorum non sit qui
inhabitet Quoniam quem tu percus
sisti persecuti sunt; et super
dolorem vulnerum meorum
addiderunt Appone iniqui
tatem super iniquitatem eorum:
et non intrent in iusticia
tuam Deleantur de libro
viventium; et cum iustis
non scribantur Ego sum pauper
et dolens: salus tua deus
suscepit me Laudabo no
men dei cum cantico: et
magnificabo eum in lau
de Et placebit deo super
vitulum novellum: cornua
producentem et ungulas
Videant pauperes et letentur
: querite deum et vivet
anima vestra Quoniam exaudivit
pauperes dominus: et vinctos
suos non despexit Laudent
eum celi et terra mare;
et omnia reptilia in eis

Quoniam deus salvam faciet syon:
et edificabuntur civitates iude
Et inhabitabunt ibi: et he
reditate acquirent eam Et
semen servorum eius possidebit
eam; et qui diligunt nomen
eius habitabunt in ea Ps lxix
Deus in adiutorium
meum intende; domine
ad adiuvandum me fes
tina Confundantur et re
vereantur; qui querunt animam
meam Avertantur retror
sum et erubescant: qui
volunt michi mala Aver
tantur statim erubescen
tes; qui dicunt michi euge
euge Exultent et leten
tur super te omnes qui que
runt te; et dicant semper
magnificetur dominus: qui
diligunt salutare tuum
Ego vero egenus et pauper
sum; deus adiuva me
Adiutor meus et liberator
meus es tu; domine ne ~~mo~~
moreris Gloria patri Antiphona Deus
deus meus in adiutorium me
um intende Esto michi Ps
In te domine speravi non
confundar in eternum;
in iusticia tua libera me
et eripe Inclina aurem lxx
tuam ad me; et salva
me Esto michi in deum
protectorem et in locum

munitum
munitum ; ut saluum me facias
Quoniam firmamentum meum :
et refugium meum es tu
Deus meus eripe me
de manu peccatoris : et de
manu contra legem agen-
tis iniqui Quoniam tu es pa-
tientia mea domine domine spes
mea a iuventute mea In
te confirmatus sum ex u-
tero de ventre matris
meae : tu es protec-
tor meus In te cantatio
mea semper tanquam pro-
digium factus sum multis ;
et tu adiutor fortis Reple-
atur os meum laude ut
cantem gloriam tuam : tota
die magnitudinem tuam
Ne proiicias me in tempore
senectutis ; cum defecerit
virtus mea ne derelinquas
me Quia dixerunt inimi-
ci mei michi mala ; et qui custo-
diebant animam meam : con-
silium fecerunt in unum Di-
centes deus dereliquit eum
persequimini et comprehendi-
te eum : quia non est qui
eripiat Deus ne elon-
geris a me : deus meus
in auxilium meum respice
Confundantur et deficiant
detrahentes animae meae ; o-
periantur confusione et pu-
dore qui querunt mala

michi Ego autem semper spe-
rabo ; et adiciam super omnem
laudem tuam Os meum
annunciabit iustitiam tuam ;
tota die salutare tuum Quo-
niam non cognovi litteraturam
introibo in potentias domini :
domine memorabor iustitie
tue solius Deus docuisti
me a iuventute mea : et
usque nunc annunciabo mira-
bilia tua Et usque in se-
nectam et senium ; deus
ne derelinquas me Donec
annunciem brachium tuum ; gene-
rationi omni que ventura est
Potentiam tuam et iusti-
ciam tuam deus usque in
altissima que fecisti mag-
nalia ; deus quis similis
sit tibi Quantas ostendisti
michi tribulationes multas ;
et malas et conversus vivi-
ficasti me ; et de abyssis ter-
re iterum reduxisti me
Multiplicasti magnificen-
tiam tuam ; et conversus
consolatus es me Nam et
ego confitebor tibi in vasis
psalmi veritatem tuam deus ;
psallam tibi in cythara
deus israhel Exultabunt
labia mea cum cantavero
tibi : et anima mea quam
redemisti Sed et lingua
mea tota die meditabitur

iusticiam tuam: cum [confusi] reueri-
ti [sunt] fuerint qui querunt mi mala
lxxi Deus iudicium tuum regi
da: et iusticiam tuam
filio regis. Iudicare populum
tuum in iusticia: et pau-
peres tuos in iudicio. Sus-
cipiant montes pacem po-
pulo: et colles iusticiam.
Iudicabit pauperes populi.
et saluos faciet filios pau-
perum: et humiliabit calum-
pniatorem. Et permanebit
cum sole et ante lunam:
in generatione et generationem.
Descendet sicut pluuia in
vellus: et sicut stillicidia
stillancia super terram. Ori-
etur in diebus eius iusticia
et habundancia pacis: do-
nec auferatur luna. Et
dominabitur a mari usque ad ma-
re: et a flumine usque ad
terminos orbis terrarum. Coram
illo procident ethiopes: et
inimici eius terram lingent.
Reges tharsis et insule
munera offerent: reges ara-
bum et saba dona addu-
cent. Et adorabunt eum
omnes reges: omnes gentes
seruient ei. Quia liberauit
pauperem a potente: et in-
opem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi: et
animas pauperum saluas faciet.

Ex usuris et iniquitate
redimet animas eorum: et ho-
norabile nomen eorum co-
ram illo. Et viuet et
dabitur ei de auro ara-
bie et adorabunt de ipso
semper: tota die benedicent
ei. Et erit firmamentum in
terra in summis montium super-
extolletur super libanum fruc- [fluctus]
tus eius: et florebunt de
ciuitate sicut fenum ter-
re. Sit nomen eius bene-
dictum in secula: ante
solem permanet nomen
eius. Et benedicentur in
ipso omnes tribus terre:
omnes gentes magnifica-
bunt eum. Benedictus dominus
deus israhel: qui facit
mirabilia solus. Et bene-
dictum nomen maiestatis
eius in eternum: et reple-
bitur maiestate eius
omnis terra fiat fiat. ps. dd
Esto michi domine in deum protectorem
Quam bonus israhel lxxii
deus: his qui recto
sunt corde. Mei autem pe-
ne moti sunt pedes: pe-
ne effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui [super iniquos] in peccatori-
bus: et super iniquos pacem
peccatorum videns. Quia non
est respectus morti eorum:
firmamentum in plaga

eorum In labore hominum non
sunt; et cum hominibus
non flagellabuntur. Ideo
tenuit eos superbia; operti
sunt iniquitate et impie-
tate sua. Prodiit quasi ex
adipe iniquitas eorum: trans-
ierunt in affectum cordis
Cogitaverunt et locuti sunt
nequiciam; iniquitatem in
excelso locuti sunt. Posu-
erunt in celum os suum: et
lingua eorum transivit in
terram. Ideo revertetur populus
meus hic: et dies ple-
ni invenientur in eis. Et
dixerunt quomodo scit deus: et
si est sciencia in excelso habundantes
Ecce ipsi peccatores et [illegible]
tes in seculo; obtinuerunt
divicias. Et dixi ergo sine
causa iustificavi cor meum
et lavi inter innocentes
manus meas. Et fui
flagellatus tota die: et
castigatio mea in matu-
tinis. Si dicebam narrabo
sic; ecce nacionem filiorum
reprobavi. Existimabam
ut cognoscerem: hoc labor
est ante me. Donec intrem
in sanctuarium dei; et intelli-
gam in novissimis eorum.
Verumtamen propter dolos po-
suisti eis mala: deiecisti
eos dum allevarentur.
Quomodo facti sunt in desolacionem

subito defecerunt: perierunt
propter iniquitatem suam. Velud
sompnium surgencium domine in
civitate tua; ymaginem
ipsorum ad nichilum rediges.
Quia inflamatum est
cor meum et renes mei
commutati sunt; et ego
ad nichilum redactus sum
et nescivi. Ut iumentum
factus sum apud te; et e-
go semper tecum. Tenuisti
manum dexteram meam et
in voluntate tua deduxisti me; et cum gloria
assumpsisti me. Quid enim
michi est in celo; et a te
quid volui super terram. De-
fecit caro mea et cor me-
um; deus cordis mei et
pars mea deus in eternum. Quia
ecce qui elongant se a te
peribunt; perdidisti omnes qui
fornicantur abs te. Michi
autem adherere deo bonum est:
et ponere in domino deo spem
meam. Ut annunciem omnes
predicaciones
laudaciones tuas; in por-
tis filie syon. Gloria patri.
Ut quid deus repulisti
in finem; iratus
est furor tuus super oves
pascue tue. Memor esto con-
gregacionis tue; quam
possedisti ab inicio. Redemisti

virgam hereditatis tue; mons
syon in quo habitasti in eo. Leva
manus tuas in superbias eorum
in finem; quanta malignatus
est inimicus in sancto. Et
gloriati sunt qui oderunt te;
in medio sollempnitatis
tue. Posuerunt signa sua signa;
et non cognoverunt sicut in exitu
super summum. Quasi in silva
lignorum securibus exci-
derunt ianuas eius in idipsum;
in securi et ascia deiecerunt
eam. Incenderunt igni
sanctuarium tuum in terra; pol-
luerunt tabernaculum nominis
tui. Dixerunt in corde suo
cognatio eorum simul; quiescere
faciamus omnes dies festos dei
a terra. Signa nostra non vidi-
mus iam non est propheta; et
nos non cognoscet amplius.
Usquequo deus improperabit;
inimicus irritat adver-
sarius nomen tuum in finem.
Ut quid avertis manum tu-
am et dexteram tuam; de
medio sinu tuo in finem.
Deus autem rex noster ante secula;
operatus est salutem in medio
terre. Tu confirmasti in
virtute tua mare; contri-
bulasti capita draconum in
aquis. Tu confregisti capita
draconum; dedisti eum escam
populis ethiopum. Tu dirum-
pisti fontes et torrentes;
tu siccasti fluvios ethan.
Tuus est dies et tua est
nox; tu fabricatus es
auroram et solem. Tu fe-
cisti omnes terminos terre; esta-
tem et ver tu plasmasti
ea. Memor esto huius ini-
micus improperavit domino; et
populus insipiens incitavit
nomen tuum. Ne tradas animas
bestiis confitentes tibi; et
animas pauperum tuorum ne
obliviscaris in finem. Re-
spice in testamentum tuum;
quia repleti sunt qui obscu-
rati sunt terre domibus iniqui-
tatum. Ne avertatur humilis
factus confusus; pauper et
inops laudabunt nomen
tuum. Exurge deus iudi-
ca causam tuam memor
esto improperiorum tuorum eorum
que ab insipiente sunt tota
die. Ne obliviscaris voces
inimicorum tuorum; superbia eorum
qui te oderunt ascendit sem-
per. Liberasti virgam hereditatis
tue domine. Te invocamus.

Confitebimur tibi deus
confitebimur; et invo-
cabimus nomen tuum. Narra-
bimus nomen tuum mirabi-
lia tua; cum accepero tempus lxxiiij

ego iusticias iudicabo. Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea; ego confirmavi columpnas eius. Dixi iniquis nolite inique agere: et delinquentibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum; nolite loqui adversus deum iniquitatem. Quia neque ab oriente neque ab occidente neque a desertis montibus quoniam deus iudex est. Hunc humiliat et hunc exaltat; quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinavit ex hoc in hoc verumptamen fex eius non est exinanita; bibent omnes peccatores terre. Ego autem annunciabo in seculum; cantabo deo iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam; et exultabunt cornua iusti. Gloria patri

lxxv Notus in iudea deus: in israhel magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius; et habitatio eius in syon. Ibi confregit potentias: arcum scutum gladium et bellum. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis; turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt sompnum suum; et nichil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deus iacob; dormitaverunt qui ascenderunt equos. Tu terribilis es et quis resistet tibi: ex tunc ira tua. De celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit et quievit. Cum exurgeret in iudicio deus; ut salvos faceret omnes mansuetos terre. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi; [reliquie cogitationis] et reliquie cogitationes diem festum agent tibi. Vovete et reddite domino deo vestro; omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili et ei qui aufert spiritum principum; terribili apud omnes reges terre. Gloria patri. A. Et invocabimus nomen tuum domine

lxxvi Voce mea ad dominum clamavi; voce mea ad deum et intendit michi. In die tribulationis mee deum exquisivi manibus meis; nocte contra eum et non sum deceptus. Renuit consolari anima mea memor fui dei et delectatus sum; et exercitatus sum et defecit spiritus meus. A-

ticipaverunt vigilias oculi
mei; turbatus sum et non
sum locutus. Cogitavi di-
es antiquos; et annos et-
nos in mente habui. Et me-
ditatus sum nocte cum cor-
de meo; et exercebar et sco-
pebam spiritum meum. Numquid
in eternum proiciet deus; et
non apponet ut complacatior
sit adhuc. Aut in finem
misericordiam suam abscidet; a
generatione et generatione. Aut
obliviscetur misereri deus;
aut continebit in ira sua
misericordias suas. Et dixi nunc
cepi; + quia memor ero
ab initio mirabilium tuorum +
Et meditabor in omnibus
operibus tuis; et in adinventio-
nibus tuis exercebor. Deus
in sancto via tua quis deus
magnus sicut deus noster;
tu es deus qui facis mira-
bilia. Notam fecisti in populis
virtutem tuam; redemisti
in brachio tuo populum tuum
filios iacob et ioseph. Vide-
runt te aque deus viderunt
te aque et timuerunt; et
turbate sunt abyssi. Multi-
tudo sonitus aquarum; vo-
cem dederunt nubes. Et
enim sagitte tue transierunt;
vox tonitrui tui in rota

\+ h[ec] est mutatio dextre excelsi

~~[…]~~ Memor fui operum domini
~~quia memor ero ab initio mirabi-~~
~~lium tuorum~~

Illuxerunt choruscationes
tue orbi terre; commota est
et contremuit terra. In
mari via tua et semite
tue in aquis multis; et
vestigia tua non cogno-
scentur. Deduxisti sicut o-
ves populum tuum; in manu
moysi et aaron. Gloria

Attendite popule meus lxxvii
~~meus~~ legem meam:
inclinate aurem vestram
in verba oris mei. Aperiam
in parabolis os meum;
loquar propositiones ab ini-
tio. Quanta audivimus
et cognovimus ea; et pa-
tres nostri narraverunt nobis.
Non sunt occultata a filiis
eorum in generatione
altera. Narrantes laudes
domini et virtutes eius; mi-
rabilia eius que fecit.
Et suscitavit testamen-
tum in iacob; et legem
posuit in israel. Quanta
mandavit patribus nostris
nota facere ea filiis suis;
ut cognoscat generatio al-
tera. Filii qui nascentur
et exurgent; narrabunt
filiis suis. Et ponent in
deo spem suam et non
obliviscantur operum dei;
et mandata eius exquirent

Ne fiant sicut patres eorum:
generatio prava et exasperans
Generatio que non direxit
cor suum: et non est creditus
cum deo spiritus eius Filii
effrem intendentes ar+
cum et ~~[illegible]~~: con
versi sunt in die belli Non
custodierunt testamentum
dei; et in lege eius no
luerunt ambulare Et obli
ti sunt benefactorum eius+
que ostendit eis Coram patri
bus eorum fecit mirabilia
in terra egypti; in campo
taneos Interrupit mare
et perduxit eos: et statuit
aquas quasi in utrem
Et deduxit eos in nube
diei; et tota nocte illumina
tione ignis Interrupit pe
tram in heremo; et adaqua
uit eos velut in abysso mul
ta Et eduxit aquam de
petra: et deduxit tamquam
flumina aquas Et appo
suerunt adhuc peccare ei;
in ira concitauerunt excelsum
in aquoso Et temptauerunt
deum in cordibus suis;
ut peterent escas animabus
suis Et male locuti sunt
de deo; dixerunt numquid po
terit deus parare mensam
in deserto Quoniam percussit pe

+ et mittentes

+ mirabilium eorum

tram et fluxerunt aque:
et torrentes inundauerunt
Numquid et panem po
terit dare; aut parare men
sam populo suo Ideo audiuit
dominus et distulit et ignis
accensus est in iacob: et
ira dei ascendit in isra
hel Quia non crediderunt in
deo; nec sperauerunt in salu
tari eius Et mandauit
nubibus desuper; et ianu
as celi aperuit Et pluit
illis manna ad mandu
candum; et panem celi de
dit eis Panem angelorum
manducauit homo; ciba
ria misit eis in habundancia
Transtulit austrum de celo;
et induxit in uirtute sua
affricum Et pluit super
eos sicut pulverem carnes;
et sicut arenam maris vo
latilia pennata Et ceci
derunt in medio castrorum
eorum; circa tabernacula eorum
Et manducauerunt et sa
turati sunt nimis et desi
derium eorum attulit eis;
non sunt fraudati a desiderio
suo Adhuc esce eorum erant
in ore ipsorum; et ira dei
ascendit super eos Et oc
cidit pingues eorum; et
electos israhel impediuit

In omnibus his peccaverunt adhuc: et non crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eorum: et anni eorum cum festinatione. Cum occideret eos querebant eum et revertebantur: et diluculo veniebant ad eum. Et memorati sunt quia deus est adiutor eorum: et deus excelsus redemptor est eorum. Et dilexerunt eum in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autem est misericors et propitius fiet peccatis eorum: et non disperdet eos. Et habundavit ut averteret iram suam: et non accendit omnem iram suam. Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens et non rediens. Quotiens exacerbaverunt eum in deserto: in iram concitaverunt eum in inaquoso. + Et conversi sunt et temptaverunt deum: et sanctum israhel exacerbaverunt. Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in egypto signa sua: et prodigia sua in campo taneos. Et convertit in sanguinem flumina eorum: et imbres eorum [eorum] ne biberent. Misit in eos cynomiam et comedit eos: et ranam et disperdidit eos. Et dedit erugini fructus eorum: et labores eorum locuste. Et occidit in grandine vineas eorum: et moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum: et possessionem eorum igni. Misit in eos iram indignationis sue: indignationem et tribulationem: immissiones per angelos malos. Viam fecit semite ire sue et non pepercit a morte animabus eorum: et iumenta eorum in morte [conclusit] reclusit. Et percussit omne primogenitum in terra egypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis cham. Et [abstulit] posuit sicut oves populum suum: et perduxit eos tamquam gregem in deserto. Et eduxit eos in spe et non timuerunt: et inimicos eorum operuit mare. Et induxit eos in

montem sanctificationis sue;
montem quem acquisivit
dextera dextera eius. Et eiecit
a facie eorum gentes; et
sorte divisit eis terram
in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in taber-
naculis eorum; tribus is-
rahel. Et temptaverunt
et exacerbaverunt deum
excelsum; et testimonia
eius non custodierunt.
Et averterunt se et non serva-
verunt pactum; quemadmo-
dum patres eorum conversi sunt
Conversi sunt in arcum pravum. In iram
concitaverunt eum in collibus
suis; et in sculptilibus
Et in sculptilibus suis ad emulationem eum
provocaverunt. Audivit deus
et sprevit eos; ad nichi-
lum redegit valde israhel.
Et repulit tabernaculum
sylo; tabernaculum suum ubi
habitavit in hominibus. Et tra-
didit in captivitatem virtu-
tem eorum; et pulchritudi-
nem eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio
populum suum; et hereditatem
suam sprevit. Iuvenes
eorum comedit ignis; et
virgines eorum non sunt la-
mentate. Sacerdotes eorum

in gladio ceciderunt; et vi-
due eorum non plorant plorabantur. Et
excitatus est tamquam dor-
miens dominus; tamquam
potens crapulatus a vino.
Et percussit inimicos eius
in posteriora; obprobrium
sempiternum dedit illis. Et
repulit tabernaculum ioseph;
et tribum effraym non ele-
git. Sed elegit tribum
iuda; montem syon quem
dilexit. Et edificavit
sicut unicornius sanctificium
suum; in terra quam fun-
davit in secula. Et elegit
david servum suum et sustulit
eum de gregibus ovium
; de post fetantes accepit
eum. Pascere iacob servum
suum; et israhel hereditatem
suam. Et pavit eos in in-
nocencia cordis sui; et in
intellectibus manuum sua-
rum deduxit eos. An. Tu es
deus qui facis mirabilia solus.
Deus venerunt gentes in lxxviii
hereditatem tuam pol-
luerunt templum sanctum tuum;
posuerunt ierusalem in pomorum
custodiam. Posuerunt mor-
ticina servorum tuorum escas
volatilium celi; carnes
sanctorum tuorum bestiis terre

Effuderunt sanguinem eorum
tamquam aquam in circuitu
ierusalem: et non erat qui
sepeliret. Facti sumus obpro-
brium vicinis nostris: et subsa-
natio et illusio hiis qui in
circuitu nostro sunt. Usquequo
domine irasceris in finem: ac-
cendetur velud ignis ze-
b lus tuus. Quia comede-
runt ~~lac eius; et locum eius~~
Iacob et locum eius desolaverunt.
a Effunde iram tuam in gen-
tes que te non noverunt: et
in regna que nomen tuum
non invocaverunt. Ne memi-
neris iniquitatum nostrarum
antiquarum cito anticipent
nos misericordie tue; quia pau-
peres facti sumus nimis. Ad-
iuva nos deus salutaris
noster et propter gloriam nominis
tui libera nos; et propitius
esto peccatis nostris propter nomen
tuum. Ne forte dicant in
gentibus ubi est deus eorum;
et innotescant in natio-
nibus coram oculis nostris
Ultio sanguinis servorum tuorum
qui effusus est; introeat
in conspectu tuo gemitus
compeditorum. Secundum magni-
tudinem brachii tui; pos-
side filios mortificatorum

Et redde vicinis nostris
septuplum in sinu eorum;
improperium ipsorum quod ex-
probraverunt tibi domine. Nos
autem populus tuus et oves
pascue tue; confitebi-
mur tibi in seculum. In
generatione et generationem;
annunciabimus laudem tuam.
Qui regis israhel in- lxxix
tende; qui deducis
velut ovem ioseph. Qui
sedes super cherubin; ma-
nifestare coram effraym
beniamyn et manasse.
Excita potenciam tuam
et veni; ut salvos fa-
cias nos. Deus conver-
te nos; et ostende faciem
tuam et salvi erimus. Domine
deus virtutum; quousque
irasceris super orationem servi tui
Cibabis nos pane lacri-
marum; et potum dabis
nobis in lacrimis in men-
sura. Posuisti nos in con-
tradictionem vicinis nostris;
et inimici nostri subsannave-
runt nos. Deus virtutum
converte nos; et ostende
faciem tuam et salvi eri-
mus. Vineam de egypto trans-
tulisti: eiecisti gentes et

plantasti eam. Dux itineris
fuisti in conspectu eius et
plantasti radices eius;
et implevit terram. Operuit
montes umbra eius; et libani
arbusta eius cedros dei.
Extendit palmites eius
usque ad mare; et usque ad
flumen propagines eius. Ut
quid destruxisti maceriam
eius; et vindemiant eam
omnes qui pretergrediuntur vi-
am. Exterminavit eam aper
de silva; et singularis ferus
depastus est eam. Deus vir-
tutum convertere respice de ce-
lo et vide; et visita vineam
istam. Et perfice eam quam
plantavit dextera tua; et super
filium hominis quem confirmasti
tibi. Incensa igni et suf-
fossa; ab increpatione vul-
tus tui peribunt. Fiat ma-
nus tua super virum dex-
tere tue; et super filium
hominis quem confirmasti tibi.
Et non discedimus a te
vivificabis nos; et nomen
tuum invocabimus. Domine deus
virtutum converte nos; et
ostende faciem tuam et sal-
vi erimus. A. Propitius esto
peccatis nostris domine. V. Gaudebunt
labia mea cum cantavero tibi.
Et anima mea quam redemisti.
Laudes. Tibi soli peccavi domine

miserere mei. Ps. Miserere mei. Ps.
Domine refugium factus es nobis. Ps.
An. In matutinis domine medita-
bor in te. Ps. Deus deus meus.
A. Inextinctum domus erigavit
et ultra. Ps. Cantemus. A. In
sanctis eius laudate deum. Ps.
Laudate dominum de celis. Ymnus.
Lux ecce surgit aurea pallens
facessat cecitas que nosmet
in preceps diu errore traxit
devio. Hec lux serenum conferat
purosque prestet sibi nihil illos
quam fraudolum volvamus ob-
scurum nichil. Sed tota decurrat
dies nec lingua mendax nec
manus oculi ne peccet lubri-
ci nec noxa corpus inquinet.
Speculator astat desuper qui nos
diebus omnibus actusque nostros prospi-
cit a luce prima in vesperum.
Deo patri sit gloria etc. V. Repleti sumus
mane. A. In sanctitate serviamus domino
et liberabit nos ab inimicis nostris.
Benedictus. Feria vi. Invitatorium.
Dominum qui fecit nos venite
adoremus. Ps. Venite exultemus. Ymnus.
Tu trinitatis unitas orbem
potenter qui regis attende lau-
dum cantica que excubantes
psallimus. Nam lectulo consurgi-
mus noctis quieto tempore ut fla-
gitemus vulnerum a te medela
omnium. Quo fraude quicquid de-
monum in noctibus deliquimus ab-
stergat abstergat illud celitus
tue potestas glorie. Ne corpus astet (assit)
sordidum nec torpor instet
cordium nec criminis contagio
tepescat ardor spiritus. Ob hoc

redemptor quesumus reple tuis nos lumine per quod dicamus cunctis nullis vacamur actibus Per xpistum ... psalmus

lxxx

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob Sumite psalmum et date tympanum: psalterium iocundum cum cythara. Buccinate in neomenia tuba: et insigni die sollempnitatis vestre Quia preceptum in israhel est: et iudicium deo iacob Testimonium in ioseph posuit illud: dum exiret de terra egypti linguam quam non noverat audivit Divertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino servierunt In tribulatione invocasti me et liberavi te: et exaudivi te in abscondito tempestatis probavi te apud aquam contradictionis Audi populus meus et contestabor te israhel si me audieris non erit in te deus recens: neque adorabis deum alienum Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et adimplebo illud Et non audivit populus meus vocem meam: et israhel non intendit mihi Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum ibunt in adinventionibus suis Si populus meus audisset me: israhel si in viis meis ambulasset Pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula Et cibavit eos ex adipe frumenti: et de petra melle saturavit eos psalmus

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate Eripite pauperem: et egenum de manu peccatoris liberate Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terre Ego dixi dii estis: et filii excelsi omnes Vos autem sicut homines moriemini: et sicut unus de principibus cadetis Exurge deus iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus ps lxxxi

Exultate deo adiutori nostro :||:

Deus quis similis erit tibi: ne taceas neque lxxxii

compescaris deus. Quoniam ecce
inimici tui sonuerunt; et
qui oderunt te extulerunt ca-
put. Super populum tuum malig-
naverunt consilium: et cogita-
verunt adversus sanctos tuos. Di-
xerunt venite disperdamus eos
de gente; et non memoretur
nomen eorum ultra. Quoniam co-
gitaverunt unanimiter: simul
adversum te testamentum;
disposuerunt tabernacula ydu-
meorum et Ismahelite. Mo-
ab et agareni gebal et
amon et amalech: et alieni-
gene cum habitantibus
tyrum. Etenim assur venit
cum illis; facti sunt in
adiutorium filiis loth. Fac
illis sicut madian et
sysare; sicut iabyn in
torrente cyson. Disperierunt
in endor: facti sunt ut ster-
cus terre. Pone principes eorum
sicut oreb: et zeb et ze-
bee et salmana. Omnes
principes eorum qui dixerunt:
hereditate possideamus sanctua-
rium dei. Deus meus po-
ne illos ut rotam: et
sicut stipulam ante faciem
venti. Sicut ignis qui
comburit silvam; et sicut
flamma comburens mon-
tes. Ita persequeris eos in
tempestate tua; et in ira
tua turbabis eos. Imple
facies eorum ignominia: et
querent nomen tuum domine.
Erubescant et conturbentur
in seculum seculi; et confunda-
tur et pereant. Ut cognoscant
quia nomen tibi dominus: tu
solus altissimus super omnem
terram. Gloria patri. psalmus david
Quam dilecta tabernacula lxxxiii
tua domine virtutum; con-
cupiscit et deficit anima mea
in atria domini. Cor meum
et caro mea: exultaverunt
in deum vivum. Etenim
passer invenit sibi domum;
et turtur nidum ubi repo-
nat pullos suos. Altaria
tua domine virtutum: rex meus
et deus meus. Beati qui ha-
bitant in domo tua domine;
in secula seculorum laudabunt
te. Beatus vir cuius est au-
xilium abs te: ascensiones
in corde suo disposuit in val-
le lacrimarum in loco quem
posuit. Etenim benedictionem
dabit legislator: ibunt
de virtute in virtutem et vi-
debitur deus deorum in syon.
Domine deus virtutum exaudi
orationem meam: auribus per-
cipe deus iacob. Protector
noster aspice deus; et respice

in faciem xpi tui. Quia me-
lior est dies una in atriis
tuis: super milia. Elegi ab-
iectus esse in domo dei mei:
magis quam habitare in tab-
ernaculis peccatorum. Quia mi-
sericordiam et veritatem dili-
git deus: gratiam et gloriam
dabit dominus. Non privabit
bonis eos qui ambulant
in innocentia domine virtutum:
beatus homo qui sperat in te.
Tu solus altissimus super omnem terram.
Benedixisti domine terram
tuam: avertisti captivi-
tatem iacob. Remisisti ini-
quitatem plebis tue: operuisti
omnia peccata eorum. Mitigasti
omnem iram tuam: avertisti
ab ira indignationis tue. Con-
verte nos deus salutaris noster:
et averte iram tuam a nobis.
Numquid in eternum irasce-
ris nobis: aut extendes iram
tuam a generatione in generatio-
nem. Deus tu conversus vi-
vificabis nos: et plebs
tua letabitur in te. Osten-
de nobis domine misericordiam tuam:
et salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur
in me dominus deus: quoniam lo-
quetur pacem in plebem
suam. Et super sanctos suos:
et in eos qui convertuntur

ad cor. Verumtamen prope
timentes eum salutare
ipsius: ut inhabitet gloria
in terra nostra. Misericordia
et veritas obviaverunt sibi:
iustitia et pax osculate
sunt. Veritas de terra orta
est: et iustitia de celo pro-
spexit. Etenim dominus da-
bit benignitatem: et terra
nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eum ambu-
labit: et ponet in via
gressus suos. Gloria. lxxxv
Inclina domine aurem
tuam et exaudi me:
quoniam inops et pauper sum
ego. Custodi animam meam
quoniam sanctus sum: salvum fac
servum tuum deus meus speran-
tem in te. Miserere mei domine
quoniam ad te clamavi tota
die: letifica animam servi
tui: quoniam ad te domine animam meam
levavi. Quoniam tu domine
suavis et mitis: et mul-
te misericordie omnibus invo-
cantibus te. Auribus per-
cipe domine orationem meam: et
intende voci deprecationis
mee. In die tribulationis
mee clamavi ad te: quia
exaudisti me. Non est si-
milis tui in diis domine: et non

est secundum opera tua. Omnes
gentes quascumque fe-
cisti venient et adora-
bunt coram te domine; et
glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu et
faciens mirabilia;
tu es deus solus. Deduc
me domine in via tua et
ingrediar in veritate tua;
letetur cor meum ut
timeat nomen tuum. Con-
fitebor tibi domine deus
meus in toto corde
meo; et glorificabo nomen
tuum in eternum. Quia misericordia
tua magna est super me;
et eruisti animam meam
ex inferno inferiori. Deus
iniqui insurrexerunt adver-
sum me et synagoga
potentium quesierunt a-
nimam meam; et non propo-
suerunt te in conspectu suo.
Et tu domine deus mise-
rator et misericors; patiens
et multe misericordie et ve-
rax. Respice in me et mi-
serere mei da imperium tuum
puero tuo; et salvum fac
filium ancille tue. Fac
mecum signum in bono, ut
videant qui me oderunt
et confundantur. quoniam tu

domine adiuvisti me et con-
solatus es me. ant. Benedixi-
sti domine terram tuam. ps. 86.
Fundamenta eius in mon- lxxxvi
tibus sanctis; diligit dominus
portas syon super omnia ta-
bernacula iacob. Gloriosa
dicta sunt de te; civitas
dei. Memor ero raab et
babilonis; scientium me.
Ecce alienigene et tyrus
et populus ethiopum; hii
fuerunt illic. Numquid
syon dicet homo et ho-
mo natus est in ea; et ipse
fundavit eam altissimus.
Dominus narrabit in scripturis
populorum; et principum horum
qui fuerunt in ea. Sicut le-
tantium omnium habitatio est
in te. Gloria patri. ps. Domine.
Domine deus salutis mee lxxxvii
in die clamavi et noc-
te coram te. Intret oratio mea
in conspectu tuo; inclina
aurem tuam ad precem meam.
Quia repleta est malis anima
mea; et vita mea inferno
appropinquabit. Estima-
tus sum cum descendentibus
in lacum; factus sum sicut
homo sine adiutorio; inter
mortuos liber. Sicut vul-
nerati dormientes in sepul-
cris quorum non est memor

amplius: et ipsi de manu
tua repulsi sunt. Posuerunt
me in lacu inferiori: in
tenebrosis et in umbra
mortis. Super me confir-
matus est furor tuus: et
omnes fluctus tuos induxisti
super me. Longe fecisti no-
tos meos a me: posuerunt
me abhominationem sibi. Tra-
ditus sum et non egrediebar:
oculi mei languerunt pre
inopia. Clamavi ad te domine
: tota die expandi ad te ma-
nus meas. Numquid mor-
tuis facies mirabilia:
aut medici suscitabunt
et confitebuntur tibi. Numquid
narrabit aliquis in sepul-
chro misericordiam tuam: aut veri-
tatem tuam in perditione. Num-
quid cognoscentur in tenebris
mirabilia tua et iustitia
tua in terra oblivionis. Et
ego ad te domine clamabo;
et mane oratio mea pre-
veniet te. Ut quid repel-
lis orationem meam: avertis
faciem tuam a me. Pauper
sum ego et in laboribus
a iuventute mea: exalta-
tus autem humiliatus sum
et conturbatus. In me

transierunt ire tue: et
terrores tui conturbave-
runt me. Circumdederunt
me sicut aqua tota die:
circumdederunt me simul.
Elongasti a me amicum
et proximum: et notos me-
os a miseria. Fundamen-
ta eius in montibus sanctis.
Misericordias domini: in lxxxviii
eternum cantabo. In
generatione et generationem annun-
tiabo veritatem tuam in
ore meo. Quoniam dixisti in
eternum misericordia in celis: prepa- edificabitur
rabitur veritas tua in eis.
Disposui testamentum
electis meis iuravi da-
vid servo meo usque in e-
ternum preparabo semen tuum. Et
edificabo in generatione
et generationem sedem tuam.
Confitebuntur celi mira-
bilia tua domine; et enim veri-
tatem tuam in ecclesia sancto-
rum. Quoniam quis in nubibus e-
quabitur domino; similis erit
deo in filiis dei. Deus qui
glorificatur in consilio sanctorum;
magnus et terribilis super
omnes qui in circuitu eius
sunt. Domine deus virtutum
quis similis tibi. potens
es domine et veritas tua

in circuitu tuo. Tu dominaris
potestati maris; motum autem
fluctuum eius tu mitigas
Tu humiliasti sicut vulnera-
tum superbum; in brachio
virtutis tue dispersisti ini-
micos tuos. Tui sunt celi
et tua est terra orbem terre
et plenitudinem eius tu
fundasti; aquilonem et
mare tu creasti. Thabor
et hermon in nomine tuo
exultabunt; tuum brachi-
um cum potentia. Firmetur
manus tua exaltetur
dextera tua; iustitia et iu-
dicium preparatio sedis tue. Misericordia
et veritas precedent faciem
tuam; beatus populus qui scit
iubilationem. Domine in lumine
vultus tui ambulabunt
et in nomine tuo exulta-
bunt tota die; et in iusti-
tia tua exaltabuntur
Quoniam gloria virtutis eorum
tu es; et in beneplacito tuo
exaltabitur cornu nostrum
Quia domini est assumptio
nostra; et sancti israhel regis
nostri. Tunc locutus es in
visione sanctis tuis; et dixisti
posui adiutorium in potentem
et exaltavi electum
in plebe mea. Inveni
david servum meum; oleo

sancto meo unxi eum. Manus enim
mea auxiliabitur ei; et
brachium meum conforta-
bit eum. Nihil proficiet ini-
micus in eo; et filius ini-
quitatis non apponet no-
cere ei. Et concidam a
facie ipsius inimicos eius;
et odientes eum in fugam
convertam. Et veritas mea
et misericordia mea cum ipso;
et in nomine meo exalta-
bitur cornu eius. Et
ponam in mari manum
eius; et in fluminibus dex-
teram eius. Ipse invo-
cavit me pater meus es
tu; deus meus et suscep-
tor salutis mee. Et ego
primogenitum ponam illum
excelsum pre regibus terre
In eternum servabo illi mi-
sericordiam meam; et
testamentum meum fidele
ipsi. Et ponam in seculum
seculi semen eius; et thro-
num eius sicut dies celi.
Si autem dereliquerint filii
eius legem meam; et
in iudiciis meis non am-
bulaverint. Si iustitias
meas profanaverint;
et mandata mea non

custodierint

custodierunt Visitabo in
virga iniquitates eorum:
et in verberibus peccata eorum
Misericordiam autem meam non
dispergam ab eo: neque no-
cebo in veritate mea Ne-
que prophanabo testamentum
meum; et que procedunt
de labiis meis non faciam
irrita Semel iuravi
in sancto meo si david men-
tiar; semen eius in eter-
num manebit Et thro-
nus eius sicut sol in con-
spectu meo; et sicut luna
perfecta in eternum et testis in
celo fidelis Tu vero re-
pulisti et despexisti: dis-
tulisti christum tuum Avertisti
testamentum servi tui: pro-
phanasti in terra sanctuarium eius
tuum Destruxisti omnes se-
pes eius; posuisti firmamen-
formidinem
tum eius fortitudine Di-
ripuerunt eum omnes transeun-
tes viam; factus est obprobrium
vicinis suis Exaltasti dex-
teram deprimentium eum: le-
tificasti omnes inimicos eius
Avertisti adiutorium gla-
dii eius: et non est au-
xiliatus ei in bello De-
struxisti eum ab emundatione

: et sedem eius in terra col-
lisisti Minorasti dies
temporis eius: perfudisti
eum confusione Usque-
quo domine avertis faciem tuam
in finem: exardescet
sicut ignis ira tua
Memorare que mea
substantia: numquid enim
vane constituisti omnes
filios hominum Quis est
homo qui vivit et non
videbit mortem; eruet
animam suam de manu
inferi Ubi sunt misericordie
tue antique domine;
sicut iurasti david in
veritate tua Memor esto
domine obprobrii servorum tuorum;
quod continui in sinu
meo multarum gentium
Quod exprobraverunt ini-
mici tui domine; quod ex-
probraverunt commutationem christi
tui Benedictus dominus in e-
ternum fiat fiat ~~[illegible]~~ Sequitur in psalterio ad
dicitur in feriis

lxxxix

Domine refugium factus
es nobis; a generatione
in generationem Priusquam
montes fierent aut
formaretur terra et orbis:
a seculo et usque in seculum tu
es deus Ne avertas hominem

in humilitate; et dixisti convertimini filii hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos; tanquam dies hesterna que preteriit. Et custodia in nocte que nichil habentur; eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat mane floreat et transeat; vespere decidat induret et arescat. Quia defecimus in ira tua; et in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo; seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt; et in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur; dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octuaginta anni; et amplius eorum labor et dolor. Quoniam supervenit mansuetudo; et corripiemur. Quis novit potestatem ire tue; et pre timore tuam iram dinumerare. Dexteram tuam sic notam fac; et eruditos corde in sapientia. Convertere domine usquequo; et deprecabilis esto super servos tuos.

aranea

Repleti sumus mane misericordia tua; exultavimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris. Letati sumus pro diebus in quibus nos humiliasti; annis in quibus vidimus mala. Respice in servos tuos et in opera tua; et dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri super nos; et opera manuum nostrarum dirige super nos; et opus manuum nostrarum dirige. ps

xc

Qui habitat in adiutorio altissimi; in protectione dei celi commorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu; et refugium meum deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium; et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi; et sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius; non timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die; a negotio perambulante in tenebris; ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et

Decem milia a dextris tuis;
ad te autem non appropinquabit
Verumptamen oculis tuis con-
siderabis; et retribucionem pecca-
torum videbis Quoniam tu es
domine spes mea; altissimum
posuisti refugium tuum Non
accedet ad te malum; et
flagellum non appropinquabit
tabernaculo tuo Quoniam angelis
suis mandavit de te;
ut custodiant te in omnibus
viis tuis In manibus
portabunt te ne forte
offendas ad lapidem pedem
tuum Super aspidem et ba-
siliscum ambulabis; et con-
culcabis leonem et draco-
nem Quoniam in me speravit
liberabo eum; protegam eum
quia cognovit nomen meum
Clamavit ad me et
ego exaudiam eum cum ipso sum
in tribulacione; eripiam
eum et glorificabo eum Lon-
gitudine dierum replebo eum;
et ostendam illi salutare meum
Bonum est confiteri domino xci
et psallere nomini tuo
altissime Ad annunciandum
mane misericordiam tuam; et veri-
tatem tuam per noctem In
decacordo psalterio; cum can-
tico in cythara Quia de-
lectasti me in factura tua
domine; et in operibus ma-
nuum tuarum exultabo Quam
magnificata sunt opera
tua domine; nimis pro-
funde facte sunt cogita-
ciones tue Vir insipiens
non cognoscet; et stultus
non intelliget hec Cum
exorti fuerint peccatores
sicut fenum; et apparue-
runt omnes qui operantur
iniquitatem Et auteat intereant
in seculum seculi; tu autem
altissimus super omnem terram
Quoniam ecce inimici tui domine
quoniam ecce inimici tui peribunt;
et dispergentur omnes qui
operantur iniquitatem Et
exaltabitur sicut unicor-
nis cornu meum; et se-
nectus mea in via u- mia
beri Et despexit oculus
meus inimicos meos; et
in surgentibus in me
malignantibus audiet
auris mea Iustus ut pal-
ma florebit in domo
domini; et sicut cedrus Ly-
bani multiplicabitur Plan-
tati in domo domini; in
atriis domus dei nostri florebunt

Adhuc multiplicabuntur
in senecta uberi et bene
patientes erunt ut annun-
cient. Quoniam rectus dominus
deus noster et non est in-
iquitas in eo. Gloria patri
xcii Dominus regnavit de-
corem indutus est
indutus est dominus forti-
tudinem et precinxit se.
Et enim firmavit orbem
terre qui non commovebitur.
Parata est sedes tua deus
ex tunc a seculo tu es.
Elevaverunt flumina domine
elevaverunt flumina vocem
suam. Elevaverunt flumina
fluctus suos a vocibus
aquarum multarum. Mirabi-
les elationes maris mi-
rabilis in altis dominus. Te-
stimonia tua credibilia
facta sunt nimis domum
tuam decet sanctitudo domine
in longitudinem dierum.
xciii Deus ultionum dominus
deus ultionum libere
egit. Exaltare qui iu-
dicas terram redde retri-
butionem superbis. Usque quo
peccatores domine usquequo pec-
catores gloriabuntur. Effa-
buntur et loquentur iniqui-
tatem loquentur omnes
qui operantur iniustitiam.

Populum tuum domine humili-
averunt et hereditatem tuam
vexaverunt. Viduam et ad-
venam interfecerunt et pu-
pillos occiderunt. Et dixerunt
non videbit dominus nec in-
telliget deus iacob. Intel-
ligite insipientes in populo
et stulti aliquando sapite. Qui
plantavit aurem non au-
diet qui finxit oculum non
considerat. Qui corripit gen-
tes non arguet qui docet
hominem scientiam. Dominus
scit cogitationes hominum quoniam
vane sunt. Beatus homo
quem tu erudieris domine
et de lege tua docueris eum.
Ut mitiges ei a diebus
malis donec fodiatur
peccatori fovea. Quia non
repellet dominus plebem
suam et hereditatem suam
non derelinquet. Quoad-
usque iustitia convertatur in
iudicium et qui iuxta il-
lam omnes qui recto sunt
corde. Quis consurget mihi ad-
versus malignantes aut
quis stabit mecum adver-
sus operantes iniquitatem.
Nisi quia dominus adiuvit
me paulominus habitasset

in inferno anima mea. Si dice-
bam motus est pes meus:
et misericordia tua domine adiuvabat
~~bat~~ me. Secundum multitudi-
nem dolorum meorum in cor-
de meo: consolationes tue
letificaverunt animam meam
Numquid adheret tibi se-
des iniquitatis: qui fingis
laborem in precepto. Cap-
tabunt in animam iusti: et
innocentem condempnabunt
sanguinem innocentem con-
dempnabant. Et factus est
dominus refugium michi: et
deus in adiutorium spei mee
Et reddet illis iniqui-
tatem ipsorum et in malicia
eorum disperdet eos illos dominus
deus noster. psalmus david. ipse psalmus
xciiii Venite exultemus domino iu-
bilemus deo salutari nostro
preoccupemus faciem eius in
confessione: et in psalmis iu-
bilemus ei. Quoniam deus magnus
dominus et rex magnus super omnes
deos. Quoniam non repellit dominus
in manu eius sunt omnes fi-
nes terre: et altitudines mon-
cium ipsius sunt. Quoniam ipsius est
mare et ipse fecit et ipse fecit
illud: et siccam manus eius for-
maverunt. Venite adoremus et pro-
cidamus ante deum ploremus coram
domino qui fecit nos quia ipse
est dominus deus noster. Et nos populus
eius et oves pascue. hodie
si vocem eius audieritis nolite
obdurare corda vestra. Sicut in
irritacione secundum diem temptacionis
in deserto ubi temptaverunt me
patres vestri: probaverunt et viderunt
mea. Quadraginta annis
offensus fui generacioni huic:
et dixi semper hii errant corde.
Et isti non cognoverunt
vias meas ut iuravi in ira
mea: si introibunt in requiem
meam. Gloria patri Benedictus
dominus in eternum. Cantate domino
Cantate domino canticum no- xcv
vum: cantate domino omnis
terra. Cantate domino et benedi-
cite nomini eius: annunciate de
die in diem salutare eius
Annunciate inter gentes
gloriam eius: in omnibus populis
mirabilia eius. Quoniam ma-
gnus dominus et laudabilis ni-
mis: terribilis super omnes deos
Quoniam omnes dii gencium demo-
nia dominus autem celos fecit. Confes-
sio et pulcritudo in conspectu
eius: sanctimonia et magnifi-
cencia in sanctificacione eius
Afferte domino patrie gencium
afferte domino gloriam et honorem
afferte gloriam nomini eius. Tol-
lite hostias et introite in atria
eius: adorate dominum in atrio
sancto eius. Commoveatur a fa-
cie eius universa terra: dicite
in gentibus quia dominus regnavit
Et enim correxit orbem terre
qui non commovebitur: iudica-
bit populos in equitate. Lete-
tur celi et exultet terra: commo-
veatur mare et plenitudo
eius: gaudebunt campi
et omnia que in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna
silvarum: a facie domini quia venit quoniam venit
iudicare terram. Iudicabit
orbem terre in equitate: et
populos in veritate sua. Gloria
Dominus regnavit exultet terra xcvi

letentur insule multe. N u-
bes et caligo in circuitu eius
iusticia et iudicium correctio eius
sedis eius. I gnis ante ipsum
precedet: et inflamabit in circuitu
inimicos eius. I lluxerunt ful-
gura eius orbi terre: vidit
et commota est terra. M ontes
sicut cera fluxerunt a facie
domini: a facie domini omnis terra. A t
annunciaverunt celi iusticiam
eius: et viderunt omnes populi
gloriam eius. C onfundantur
omnes qui adorant sculp-
tilia: et qui gloriantur in simula-
cris suis. A dorate eum
omnes angeli eius: au-
divit et letata est syon.
E t exultaverunt filie iude:
propter iudicia tua domine. Q uia
tu dominus altissimus super omnem
terram: nimis exaltatus
es super omnes deos. Q ui di-
ligitis dominum odite malum
custodit dominus animas sanctorum
suorum: de manu peccatoris li-
berabit eos. L ux orta e-
iusto: et rectis corde leticia.
L etamini iusti in domino: et
confitemini memorie sanctifica-
cionis eius. Gloria. Cantate
domino et benedicite nomini eius. In
Beatus vir qui in lege domini ... lege tua
O pus principali ... Vindex ... domine
F irma cor ... deus
misserere ... In veritate tua ex-
audi me domine ... Domine exau-
di ... Illumina domine vultum tuum
super nos ... Deus deus ... Domine
audivi auditum tuum ... Hymnus

In tympano et choro in cordis et
organo. laudate deum. Laudate
E terna celi gloria beata spes ...
mortalium celsi tonantis
unice castique proles virginis. D a
dexteram surgentibus exsurgat
et mens sobria flagransque in
laudem dei grates rependat
debitas. O rtus refulget luci-
fer sparsamque lucem nunciat ca-
dit caligo noctium lux sancta
nos illuminet. M anensque nostris
sensibus noctem repellat seculi
omnique fine diei purgata ser-
vet pectora. Q uesita iam
primum fides radicet altius sen-
sibus secunda spes congaudeat
quo maior extat caritas. D eo
patri sit gloria. Versus. Repleti
M isericordia mane dei ... in
quibus visitavit nos oriens
ex alto. Benedictus ... Invitatorium
Dominum qui fecit nos venite
adoremus. Venite exultemus. Hymnus
S umme deus clemencie mundique
factor machine unus po-
tencialiter trinusque personaliter
N ostros pius cum canticis fletus
benigne suscipe quo corde
puro cum sordibus te perfrua-
mur largius. L umbos ...
iecur morbidum adure igne
congruo accincti ut sint per-
petim luxu remoto pessimo. U t
quique horas noctium nunc con-
tinendo rumpimus donis beate
patrie ditemur omnes affatim
ita pater piissime. Gloria ...
C antate domino canticum
novum: quia mira-
bilia fecit. S alvavit
sibi dextera eius: et
brachium sanctum eius. N otum fe-
cit dominus salutare suum in conspectu
sancti

gentium revelavit iustitiam
suam. Recordatus est misericordie
sue et veritatis sue domui
Israhel. Viderunt omnes termini terre
salutare dei nostri. Iubilate
deo omnis terra: cantate et exulta-
te et psallite. Psallite domino
in cythara in cythara et voce psalmi in
tubis ductilibus et voce tube
cornee. Iubilate in conspectu
regis domini moveatur mare
et plenitudo eius: orbis terrarum
et qui habitant in eo. Flumina
plaudent manu simul montes
exultabunt a conspectu domini quoniam venit: quoniam
venit iudicare terram. Iudica-
bit orbem terrarum in iusticia:
et populos in equitate. Gloria. ps

xcviii Dominus regnavit irascantur
populi: qui sedes super che-
rubin moveatur terra. Dominus in
syon magnus: et excelsus super
populos omnes. Confiteantur nomini tuo
magno quoniam terribile est et sanctum
est: honor regis iudicium
diligit. Tu parasti directiones:
iudicium et iustitiam in iacob
tu fecisti. Exaltate dominum
deum nostrum: et adorate scabel-
lum pedum eius quoniam sanctum
est. Moyses et aaron in sacer-
dotibus eius: et samuel in-
ter eos qui invocant nomen
eius. Invocabant dominum
et ipse exaudiebat eos et in
columpna nubis loquebatur
ad eos. Custodiebant testi-
monia eius: et preceptum quod
dedit eis. Domine deus noster
tu exaudiebas eos: deus tu
propicius fuisti eis: et ulciscens
in omnes adinventiones eorum.

Exaltate dominum deum nostrum
et adorate in monte sancto eius
~~tuo~~: quoniam sanctus dominus deus noster.
~~Omnia mirabilia fecit deus~~
Iubilate ps david:

Iubilate deo omnis terra: xcix
servite domino in leticia. In-
troite in conspectu eius in
exultacione. Scitote quoniam
dominus ipse est deus ipse fecit nos
et non ipsi nos. Populus
eius et oves pascue eius
introite portas eius in con-
fessione: in atria eius in hym-
nis confitemini illi. Lau-
date nomen eius quoniam sua-
vis est dominus in eternum misericordia
eius et usque in generacionem et
generacionem veritas eius. Gloria.

Misericordiam et iudicium c
cantabo tibi domine. Ps-
sallam et intelligam in
via inmaculata: quando ve-
nies ad me. Perambula-
bam in innocencia cordis
mei in medio domus mee.
Non proponebam ante oculos
meos rem iniustam: facien-
tes prevaricaciones odivi. Non
adhesit michi cor pravum
declinantem a me malignum
non cognoscebam. Detra-
hentem secreto proximo
suo: hunc persequebar. Su-
perbo oculo et insaciabili cor-
de: cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terre ut
sedeant mecum ambulans
in via inmaculata: hic michi
ministrabat. Non habitabit in medio domus mee
~~domus~~ domus mee qui facit
superbiam: qui loquitur iniqua
non direxit in conspectu oculorum
meorum. In matutino in-
terficiebam omnes [illegible]

peccatores terre ut disperderem de ci-
uitate domini omnes operantes
iniquitatem. Gloria patri. Ps.
Iubilate deo omnis terra. Clamor

C 1 Domine exaudi oracionem
meam et clamor meus
ad te veniat. Non
avertas faciem tuam a me;
in quacumque die tribulor inclina
ad me aurem tuam. In quacumque
die invocavero te, velociter
exaudi me. Quia defece-
runt sicut fumus dies mei,
et ossa mea sicut cremium
aruerunt. Percussus sum ut
fenum et aruit cor meum,
quia oblitus sum come-
dere panem meum. A voce
gemitus mei adhesit os
meum carni mee. Simi-
lis factus sum pellicano soli-
tudinis; factus sum sicut
nicticorax in domicilio. Vi-
gilavi et factus sum sicut
passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant m-
ichi inimici mei, et qui lauda-
bant me adversum me
iurabant. Quia cinerem tan-
quam panem manducabam, et pocu-
lum meum cum fletu mis-
cebam. A facie ire et indi-
gnationis tue, quia ele-
vans allisisti me. Dies
mei sicut umbra declina-
verunt, et ~~ego sicut umbra~~
~~declinavero~~; et ego sicut fe-
num arui. Tu autem domine in
eternum permanes, et memori-
ale tuum in generatione et gene-
racionem. Tu exurgens mise-
reberis Syon, quia tempus mise-
rendi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt servis tuis
lapides eorum eius et

terram eius miserebuntur. Et time-
bunt gentes nomen tuum domine,
et omnes reges terre gloriam tuam.
Quia edificavit dominus Sy-
on, et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium,
et non sprevit precem
eorum. Scribantur hec in genera-
tione altera, et populus qui crea-
bitur laudabit dominum. Quia
prospexit de excelso sancto suo;
dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus com-
peditorum, ut solveret filios in-
teremptorum. Ut annuncient in
Syon nomen domini, et laudem
eius in Ierusalem. In conveniendo
populos in unum, et reges ut
serviant domino. Respondit ei in
via virtutis sue: paucita-
tem dierum meorum nuncia michi. Ne re-
voces me in dimidio die-
rum meorum; in generatione et
generationem anni tui. Initio
tu domine terram fundasti, et
opera manuum tuarum sunt
celi. Ipsi peribunt, tu autem domine
permanes, et omnes sicut ve-
stimentum veterascent. Et sicut
opertorium mutabis eos et
mutabuntur; tu autem idem
ipse es, et anni tui non defi-
cient. Filii servorum tuorum
habitabunt, et semen eorum in
seculum dirigetur. Gloria patri.
Benedic anima mea domino
et omnia que intra me
sunt nomini sancto eius. C 4

46
45

Benedic anima mea domino et
noli oblivisci omnes retri-
buciones eius. Qui propiciatur
omnibus iniquitatibus tuis:
qui sanat omnes infirmitates
tuas. Qui redimit de in-
teritu vitam tuam: qui coronat
te in misericordia et miseracionibus.
Qui replet in bonis deside-
rium tuum: renovabitur ut aquile
iuventus tua. Faciens
misericordias dominus et iudicium omnibus
iniuriam pacientibus. No-
tas fecit vias suas moy-
si: filiis israel voluntates
suas. Miserator et misericors
dominus: paciens et multum mi-
sericors. Non in perpetuum ira-
scetur: neque in eternum comina-
bitur. Non secundum peccata nostra
fecit nobis: neque secundum
iniquitates nostras retri-
buet nobis. Quoniam secundum al-
titudinem celi a terra: corro-
boravit misericordiam suam super
timentes se. Quantum distat
ortus ab occidente: longe
fecit a nobis iniquitates nostras.
Quomodo miseretur pater filiorum
misertus est dominus super timentes
se: quoniam ipse cognovit fig-
mentum nostrum. Recordatus
est quoniam pulvis sumus
homo sicut fenum: dies eius
sicut flos agri sic efflore-
bit. Quoniam spiritus pertransibit in illo
et non subsistet: et non cognoscet
amplius locum suum. Misericordia

autem domini ab eterno et usque
in eternum: super timentes
eum. Et iusticia eius in
filios filiorum: hiis qui servant
testamentum eius. Et memo-
res sunt mandatorum eius:
ad faciendum ea. Dominus in
celo paravit sedem suam:
et regnum ipsius omnibus
dominabitur. Benedicite domino
omnes angeli eius poten-
tes virtute facientes verbum
illius ad audiendam vocem
sermonum eius. Benedicite
domino omnes virtutes eius
ministri eius: qui facitis
voluntatem eius.
Benedicite domino omnia
opera eius: in omni loco do-
minacionis eius benedic anima
mea domino. Gloria patri
Clamor meus ad te veniat deus. Benedic
Benedic anima mea
domino: domine deus meus
magnificatus es vehe-
menter. Confessionem et de-
corem induisti amictus
lumine sicut vestimento. Ex-
tendens celum sicut pel-
lem: qui tegis aquis
superiora eius. Qui po-
nis nubem ascensum
tuum: qui ambulas
super pennas ventorum.
Qui facis angelos tuos
spiritus: et ministros tuos ignem
urentem. Qui fundasti

C m

terram super stabilitatem suam:
non inclinabitur in seculum
seculi. Abyssus sicut ve-
stimentum amictus eius: super
montes stabunt aque. Ab in-
crepacione tua fugient: a
voce tonitrui tui formi-
dabunt. Ascendunt montes et
descendunt campi: in locum
quem fundasti eis. Terminum
posuisti eis quem non transgre-
dientur: neque convertentur operi-
re terram. Qui emittis fontes
in convallibus: inter medi-
um moncium pertransibunt aque.
Potabunt omnes bestie agri:
expectabunt onagri in siti
sua. Super ea volucres
habitabunt: de medio petrarum
dabunt voces. Rigans
montes de superioribus suis:
de fructu operum tuorum sacia-
bitur terra. Producens
fenum iumentis: et herbam
servituti hominum. Ut educas
panem de terra: et vinum leti-
ficet cor hominis. Ut ex-
hilaret faciem in oleo: et
panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna
campi et cedri libani quas
plantavit: illic passeres
nidificabunt. Herodii domus
dux est eorum. Montes ex-
celsi cervis: petra refu-
gium herinaciis. Fecit
lunam in tempora: sol cognovit
occasum suum. Posuisti

tenebras et facta est nox:
in ipsa pertransibunt omnes be-
stie silve. Catuli leonum
rugientes ut rapiant: et
querant a deo escam sibi. Or-
tus est sol et congregati sunt
et in cubilibus suis collo-
cabuntur. Exibit homo ad
opus suum: et ad operacionem
suam usque ad vesperum. Quam
magnificata sunt opera tua
domine: omnia in sapiencia fecisti
impleta est terra possessione
tua. Hoc mare magnum
et spaciosum manibus: illic
reptilia quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum ma-
gnis: illic naves pertransi-
bunt. Draco iste quem for-
masti ad illudendum ei:
omnia a te expectant ut des
illis escam in tempore. Dante te
illis colligent: aperiente
te manum tuam omnia
implebuntur bonitate. Aver-
tente autem te faciem tuam
turbabuntur: auferes spiritum eorum
et deficient et in pulverem suum
revertentur. Emitte spiri-
tum tuum et creabuntur: et reno-
vabis faciem terre. Sit gloria
domini in secula: letabitur
dominus in operibus suis. Qui
respicit terram et facit eam
tremere: qui tangit montes
et fumigant. Cantabo domino
in vita mea: psallam deo
meo quamdiu sum. Iocundum
sit ei eloquium meum ego.

vero delabor in dno. Defi-
cient peccatores a terra et iniqui
ita ut non sint: benedic ani-
ma mea dno. Gloria patri. Ps. Dñi:
Confitemini dno et in-
vocate nomen eius
annunciate inter gentes opera
eius. Cantate ei et psallite
ei: narrate omnia mirabi-
lia eius. Laudamini in nomine
sancto eius letetur cor querencium
dnm. Querite dnm et confirma-
mini: querite faciem eius semper.
Mementote mirabilium eius
que fecit prodigia eius et iu-
dicia oris eius. Semen abra-
ham servi eius: filii ia-
cob electi eius. Ipse dns
deus noster: in universa terra iu-
dicia eius. Memor fuit in
seculum testamenti sui: ver-
bi quod mandavit in mille
generationes. Quod disposuit
ad abraham: et iuramenti sui
ad ysaac. Et statuit illud
iacob in preceptum: israel
in testamentum eternum.
Dicens tibi dabo terram cha-
naan: funiculum hereditatis
vestre. Dum essent in numero
brevi: paucissimi et incole
eius. Et pertransierunt de gen-
te in gentem: et de regno ad
populum alterum. Non reli-
quit hominem nocere eis: et cor-
ripuit pro eis reges. Nolite
tangere christos meos: et in
prophetis meis nolite malignari.

Et vocavit famem super terram
et omne firmamentum panis con-
trivit. Misit ante eos virum
in servum venundatus est ioseph.
Humiliaverunt in compedibus (cim)
pedes eius ferrum pertransiit
animam eius: donec veniret ver-
bum eius. Eloquium dni in-
flammavit eum misit rex
et solvit eum princeps populorum
et dimisit eum. Constituit
eum dnm domus sue: et prin-
cipem omnis possessionis
sue. Ut erudiret principes
eius sicut semetipsum: et se-
nes eius prudentiam doceret.
Et intravit israel in egyptum
et iacob accola fuit in terra
cham. Et auxit populum su-
um vehementer: et firmavit
eum super inimicos eius.
Convertit cor ~~eius~~ ut (eorum)
odirent populum eius et dolum
facerent in servos eius. Misit
moysen servum suum: aaron
quem elegit ipsum. Posuit
in eis verba signorum suorum
et prodigiorum suorum in terra
cham. Misit tenebras
et obscuravit: et non exacerbavit
sermones suos. Convertit
aquas eorum in sanguinem:
et occidit pisces eorum. Edidit (Et dedit)
terra eorum ranas: in penetrali-
bus regum ipsorum. Dixit
et venit cinomia: et ciniphes
in omnibus finibus eorum. Po-
suit pluvias eorum grandi-
nem: ignem comburentem in

tra ipoꝝ Et percussit vine-
as eoꝝ et ficulneas ipoꝝ: et
contriuit ~~lumine~~ finiu eoꝝ lignu
Dixit et venit locusta et
bruchus: cui⁹ nō erat numerus
Et comedit omne fenum in
tra eoꝝ: et comedit omnem
fructu tre eoꝝ Et percussit
omne primogenitu in tra eoꝝ
primicias oīs laboris eoꝝ
Et eduxit eos cū argento
et auro: et nō erat in tribubus
eoꝝ infirmus Letata ē egip-
tus in pfectione eoꝝ: quia incu-
buit timor eoꝝ sup ipos
Expandit nubem in ptectio-
eoꝝ: et ignē ut luceret eis
p noctem Pecierunt et venit
coturnix: et pane celi sa-
turauit eos Dirupit pe-
tram et fluxerunt aque: abi-
erunt in sicco flumina Quoniā
memor fuit verbi sci sui:
quod habuit ad abraham
puerum suum Et eduxit
ppl͡m suū in exultacōe: et
electos suos in leticia Et
dedit illis regiones gen-
ciū et labores ppl͡oꝝ posse-
derunt Ut custodiant iusti-
ficacōes eius: et legem eius
requirant Gloria. Bene
dic anima mea dno Visita nos

c v
Confitemini dno qm
bonus: qm in seculū
mīa eius Quis loquetur
potencias dni: auditas
faciat oīs laudes eius
Beati q custodiunt iudicium
et faciunt iusticiam: in omni

tpe Memento nri dne in bn-
placito ppli tui: visita nos
in salutari tuo Ad videndū
in bonitate electoꝝ tuoꝝ:
ad letandū in leticia gentis
tue: ut lauderis cū hereditate
tua Peccauim⁹ cū prībus
nris: iniuste egim⁹ iniqui-
tatem fecim⁹ Patres nri
in egipto nō intellexerunt
mirabilia tua: nō fuerunt
memores multitudinis mie
tue Et irritauerunt ascē-
dentes in mare: mare
rubrum Et saluauit eos
ppt nomē suū: ut notā
faceret potenciam suam Et
increpuit mare rubrum
et siccatum est: et eduxit eos
in abyssos sicut in deserto
Et saluauit eos de manu
odiencium: et redemit eos de
manu inimici Et operuit
aqua tribulantes eos:
unus ex eis non remansit
Et crediderunt verbis eius:
et laudauerunt laudem eius
Cito fecerunt obliti sunt
operum eius: et nō sustinuerunt
consilium Et concupierunt
concupiscenciam in deserto: et
temptauerunt deum in inaquoso
Et dedit eis peticionem ipsorum
et misit saturitatem in animas
ipoꝝ Et irritauerunt moy-
sem in castris: aaron scm
dni Aperta est tra et degluti-

datan: et operuit super congregationem
abiron. Et exarsit ignis in
synagoga eorum: flamma com-
bussit peccatores. Et fecerunt
vitulum in oreb: et adoraverunt
sculptile. Et mutaverunt glo-
riam suam in similitudinem vituli
comedentis fenum. Obliti sunt
deum qui salvavit: qui fecit
magnalia in egypto: mi-
rabilia in terra cham terribilia
in mari rubro. Et dixit
ut disperderet eos: si non
moyses electus eius stetisset
in [confractione] in conspectu eius.
Ut averteret iram [suam] ne disperderet
eos: et pro nichilo [habuerunt] terram desi-
derabilem. Non crediderunt
verbo eius et murmuraverunt
in tabernaculis suis: et non [exaudierunt]
servierunt vocem domini. Et elevavit
manum suam super eos: ut pro-
sterneret in deserto. Et ut deiceret
semen eorum in nationibus: et dis-
pergeret eos in regionibus. Et
initiati sunt belfegor: et co-
mederunt sacrificia mortuo-
rum. Et irritaverunt eum ad
inventionibus suis: et multi-
plicata est in eis ruina. Et
stetit finees et placavit: et
cessavit quassatio. Et repu-
tatum est ei ad iustitiam: in genera-
tione ad generationem in sempit-
ernum. Et irritaverunt eum ad aquas
contradictionis: et vexatus est moy-
ses inter eos quia exacerba-
verunt spiritum eius. Et distin-
xit in labiis suis: non
disperdiderunt gentes quas
dixit dominus illis. Et commix-
ti sunt inter gentes et didice-
runt opera eorum: et servie-
runt sculptilibus eorum: et factum est illis
in scandalum. Et immola-
verunt filios suos: et filias
suas demoniis. Et effu-
derunt sanguinem innocen-
tem: sanguinem filiorum
suorum et filiarum suarum quas
sacrificaverunt sculptilibus
chanaan. Et infecta est
terra in sanguinibus et contami-
nata est in operibus eorum: et
fornicati sunt in adinventioni-
bus suis. Et iratus est dominus
furore in populum suum: et ab-
hominatus est hereditatem suam.
Et tradidit eos in manus
gentium: et dominati sunt qui
oderunt eos [ipsorum]. Et
tribulaverunt eos inimici
eorum et humiliati sunt sub
manibus eorum: sepe liberavit
eos. Ipsi autem exacerba-
verunt eum in consilio suo: et
humiliati sunt in iniquitatibus
suis. Et vidit cum tribula-
rentur: et audivit orationem
eorum. Et memor fuit te-
stamenti sui: et penituit eum
secundum multitudinem misericordie sue.
Et dedit eos in misericordias

contaminata

in conspectu omnium qui cepe-
rant eos Salvos fac
nos deus noster: et congrega
nos de nationibus Ut con-
fiteamur nomini sancto tuo: et
gloriemur in laude sancta tua
Benedictus dominus deus israel: a se-
culo et usque in seculum et di-
cat omnis populus fiat fi-
at

c vi Confitemini domino quoniam
bonus: quoniam in seculum
misericordia eius Dicant nunc qui
redempti sunt a domino quos
redemit de manu inimi-
ci: et de regionibus congregavit
eos A solis ortu et occasu:
ab aquilone et mari Er-
raverunt in solitudine in inaqu-
oso: viam civitatis habitacu-
li non invenerunt Esurien-
tes et sitientes: anima eorum
in ipsis defecit Et clama-
verunt ad dominum cum tribularentur
et de necessitatibus eorum eri-
puit eos Et deduxit eos
in viam rectam: ut irent in
civitatem habitationis Con-
fiteantur domino misericordie eius et
mirabilia eius filiis hominum
Quia satiavit animam inanem
et animam esurientem satiavit
bonis Sedentes in tenebris
et umbra mortis: vinctos
in mendicitate et ferro Quia
exacerbaverunt eloquia dei
et consilium altissimi irrita-
verunt

Et humiliatum est in labo-
ribus cor eorum: et infirmati
sunt nec erat qui adiuvaret
Et clamaverunt ad dominum
cum tribularentur: et de necessita-
tibus eorum liberavit eos Et
eduxit eos de tenebris et um-
bra mortis: et vincula eorum
disrupit Confiteantur domino
misericordie eius: et mirabilia eius
filiis hominum Quia contrivit
portas ereas: et vectes fer-
reos confregit Suscepit
eos de via iniquitatis eorum:
propter iniusticias enim suas
humiliati sunt Omnem escam
abhominata est anima eorum: et
appropinquaverunt usque ad portas
mortis Et clamaverunt
ad dominum cum tribularentur: et
de necessitatibus eorum liberavit
eos Misit verbum suum et sa-
navit eos: et eripuit eos
de interitionibus eorum Confite-
antur domino misericordie eius: et mi-
rabilia eius filiis hominum Et
sacrificent sacrificium laudis:
et annuncient opera eius in
exultatione Qui descendunt
mare in navibus facientes
operationem in aquis multis Ipsi
viderunt opera domini: et mi-
rabilia eius in profundo A-
scendunt usque ad celos et de-
scendunt usque ad abissos:
anima eorum in malis tabesce-
bat

Dixit et stetit spiritus procelle et exaltati sunt fluctus eius

Turbati sunt et moti sunt
sicut ebrius et omnis sapientia
eorum devorata est. Et clama-
verunt ad dominum cum tribularentur
et de necessitatibus eorum liberavit eos.
Et statuit procellam eius in
auram et siluerunt fluctus
eius. Et letati sunt quia siluerunt
et eduxit eos in portum volun-
tatis eorum. Confiteantur
domino misericordie eius et mirabilia
eius filiis hominum. Et exal-
tent eum in ecclesia plebis
et in cathedra seniorum lau-
dent eum. Posuit flumina in
desertum et exitus aquarum in si-
tim. Terram fructiferam in sal-
suginem a malicia inhabitan-
cium in ea. Posuit desertum in
stagna aquarum et terram sine
aqua in exitus aquarum. Et
collocavit illic esurientes
et constituerunt civitatem habita-
cionis. Et seminaverunt agros
et plantaverunt vineas et fe-
cerunt fructum nativitatis. Et
benedixit eis et multiplicati
sunt nimis et iumenta eorum
non minoravit. Et pauci facti sunt
et vexati sunt a tribulacione
malorum et dolore. Effusa
est contencio super principes et
errare fecit eos in invio et non
in via. Et adiuvit pauperem
de inopia et posuit sicut
oves familias. Videbunt
recti et letabuntur

et omnis iniquitas oppilabit os
suum. Quis sapiens et custo-
diet hec et intelliget misericordias domini.
Visita nos domine in salutari tuo
Paratum cor meum Confitebor
meum deus paratum
cor meum cantabo et psal-
lam in gloria mea. Exur-
ge gloria mea exurge psal-
terium et cithara exurgam di-
luculo. Confitebor tibi in
populis domine et psallam tibi in
nacionibus. Quia magni-
ficata est super celos misericordia tua
et usque ad nubes
veritas tua. Exaltare super
celos deus et super omnem
terram gloria tua ut liberentur
dilecti tui. Salvum fac dex-
tera tua et exaudi me. Deus
locutus est in sancto suo. Ex-
ultabo et dividam Sicimam
et convallem tabernaculorum
dimetibor. Meus est Gala-
ad et meus est Manasses
et Effraim susceptio capitis
mei. Iuda rex meus
Moab olla spei mee. In
Idumeam extendam cal-
ciamentum meum michi
alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me in ci-
vitatem munitam quis dedu-
cet me usque in Idumeam.
Nonne tu deus qui re-
pulisti nos et non exibis
deus in virtutibus nostris. Da
nobis domine auxilium de tri-

c. vij

bulacionis qua vana salus
hominis In deo faciemus virtu-
tem: et ipse ad nichilum de-
ducet inimicos nostros Gloria

c. viii

Deus laudem meam ne
tacueris quia os pec-
catoris et maligni super me
apertum est Locuti sunt adversum
me lingua dolosa et sermoni-
bus odii circumdederunt me:
et expugnaverunt me gratis
Pro eo ut me diligerent
detrahebant mihi: ego autem
orabam Et posuerunt ad-
versum me mala pro bo-
nis: et odium pro dilectione mea
Constitue super eum peccatorem
et diabolus stet a dex-
tris eius Cum iudicatur
exeat condempnatus: et oratio
eius fiat in peccatum Fiant
dies eius pauci: et episcopatum
eius accipiat alter Fiant
filii eius orphani: et ux-
or eius vidua Nutantes
transferantur filii eius et men-
dicent: eiciantur de habitacionibus
suis Scrutetur fenerator
omnem substanciam eius: et diri-
piant alieni labores eius
Non sit illi adiutor: nec
sit qui misereatur pupillis
eius Fiant nati eius in
interitum: in generacione una
deleatur nomen eius I
n memoriam redeat ini-
quitas patrum eius in con-
spectu domini: et peccatum matris

eius non deleatur Fiant dispereat
contra dominum semper et dispereat
de terra memoria eorum: pro
eo quod non est recordatus facere
misericordiam Et persecutus est hominem
inopem et mendicum: et compunctum
corde mortificare Et dilexit
maledictionem et veniet ei: et no-
luit benedictionem et elongabitur
ab eo Et induit maledic-
tionem sicut vestimentum et intravit
sicut aqua in interiora eius
et sicut oleum in ossibus et vesti-
eius Fiat ei sicut vestimentum quo operitur mentum
et sicut zona qua semper precin-
gitur Hoc opus eorum qui
detrahunt michi apud dominum
et qui loquuntur mala ad-
versus animam meam Et
tu domine fac mecum propter no-
men tuum: quia suavis misericordia
tua Libera me quia egenus ego
et pauper ego sum et cor
meum conturbatum est intra
me Sicut umbra cum de-
clinat ablatus sum: et
excussus sum sicut locusta
Genua mea infirmata
sunt a ieiunio: et caro mea
immutata est propter oleum Et
ego factus sum obpro-
brium illis Adiuva me
domine deus meus: salvum me
fac propter misericordiam tuam Et sciant
quia manus tua: et tu domine fe-
cisti eam Maledicent

viderunt me et moverunt capi-
ta sua

illi et tu benedices: qui in-
surgunt in me confundantur
servus autem tuus letabitur
Induantur qui detrahunt
michi pudore: operiantur sicut
diploide confusione sua Confi-
tebor domino nimis in ore meo
et in medio multorum lauda-
bo eum Qui astitit a dex-
tris pauperis: ut salvam fa-
ceret a persequentibus animam meam
Confitebor domino nimis in ore meo
Domine exaudi orationem Et cla-
Benigne fac in bona Laus
voluntate tua domine apse
vere Bonum est confiteri domino
Ipsum metuant omnes fines
terre Deus deus meus Et misericordia
sua dominus miserebitur Audi-
te celi In cimbalis benesonan-
tibus laudate deum / Laudate
Aurora iam spargit polum
terris dies illabitur lucis
resultet spiculum discedat o-
lubricum Et antesinsa noctis
decidat mentis reatus subru-
at quidquid tenebris horri-
dum nox attulit culpe
Ut mane illud ultimum quod
prestolamur cernui in lucem
nobis effluat dum hoc cano-
re concrepat Deo patri An
Illumina hiis qui in tenebris
sedent et dirige pedes nostros
in viam pacis Benedictus Vespere
Dixit an Dixit dominus domino
Domino meo sede
a dextris meis Do-
nec ponam inimicos
tuos scabellum pedum

tuorum Virgam virtutis tue
emittet dominus ex Syon dominare
in medio inimicorum tuorum
Tecum principium in die vir-
tutis tue in splendoribus
sanctorum: ex utero ante luciferum
genui te Iuravit dominus et
non penitebit eum tu
es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech
Dominus a dextris tuis confre-
git in die ire sue reges Iudi-
cabit in nationibus imple-
bit ruinas: conquassabit ca-
pita in terra multorum De
torrente in via bibet: propterea
exaltabit caput Gloria patri
Dixit dominus domino meo sede a dex-
tris meis a Fidelia euouae
Confitebor tibi domine
in toto corde meo:
in consilio iustorum et congre-
gatione Magna opera domini
exquisita in omnes volunta-
tes eius Confessio et ma-
gnificentia opus eius et iusticia
eius manet in seculum seculi
Memoriam fecit mirabilium
suorum misericors et miserator
dominus: escam dedit timentibus se
Memor erit in seculum te-
stamenti sui: virtutem operum
suorum annunciabit populo suo
Ut det illis hereditatem gen-
tium: opera manuum eius veritas
et iudicium Fidelia omnia
mandata eius confirmata in
seculum seculi facta in veritate et

equitate R edempcionem mi-
sit dominus populo suo: mandavit
in eternum testamentum suum S anctum
et terribile nomen eius: initi-
um sapiencie timor domini I nte-
llectus bonus omnibus facienti-
bus eum: laudacio eius manet
in seculum seculi G loria F ide-
lia omnia mandata eius con-
firmata in seculum seculi Inmandatis
cxi B eatus vir qui timet
dominum in mandatis
eius volet nimis P otens
in terra erit semen eius: ge-
neracio rectorum benedicetur G lo-
ria et divicie in domo eius: et
iusticia eius manet in secu-
lum seculi E xortum est in
tenebris lumen rectis: mi-
sericors et miserator et iustus
I ocundus homo qui mi-
seretur et commodat disponet
sermones suos in iudicio:
quia in eternum non commovebitur
I n memoria eterna erit iustus
ab audicione mala non ti-
mebit P aratum cor eius
sperare in domino confirmatum est
cor eius non commovebitur
donec despiciat inimicos suos suos
D ispersit dedit pauperibus
iusticia eius manet in seculum
seculi: cornu eius exaltabitur
in gloria P eccator videbit et
irascetur dentibus suis fre-
met et tabescet: desiderium pe-
ccatorum peribit G loria
Inmandatis eius volet nimis
Sit nomen domini benedictum

cxii L audate pueri dominum:
laudate nomen domini
Sit nomen domini benedictum ex
hoc nunc et usque in seculum
A solis ortu usque ad occa-
sum: laudabile nomen domini
E xcelsus super omnes gentes
dominus: et super celos gloria eius
Q uis sicut dominus deus noster qui
in altis habitat: et humilia re-
spicit in celo et in terra S usci-
tans a terra inopem: et de
stercore erigens pauperem
U t collocet eum cum princi-
pibus cum principibus populi sui
Q ui habitare facit sterilem in
domo: matrem filiorum leta-
ntem G loria Sit nomen domini be-
nedictum in secula, domus iacob
cxiii I n exitu israel de egyp-
ta domus iacob de
populo barbaro F acta est
iudea sanctificacio eius: israel po-
testas eius M are vidit et fu-
git: iordanis conversus est re-
trorsum M ontes exulta-
verunt ut arietes: et colles
sicut agni ovium Q uid est tibi
mare quod fugisti: et tu iorda-
nis quia conversus es retrorsum
M ontes exultastis sicut
arietes: et colles sicut agni
ovium A facie domini mota est
terra: a facie dei iacob Q ui
convertit petram in stagna a-
quarum: et rupem in fontes
aquarum N on nobis domine
non nobis sed nomini tuo da
gloriam S uper misericordia tua

et veritate tua: nequando dicant gen-
tes ubi est deus eorum Deus
autem noster in celo: omnia quecumque
voluit fecit Simulacra gen-
cium argentum et aurum opera ma-
nuum hominum Os habent et non
loquentur: oculos habent et non
videbunt Aures habent et non
audient; nares habent et non
odorabunt Manus habent
et non palpabunt pedes
habent et non ambulabunt: non
clamabunt in gutture suo
Similes illis fiant qui fa-
ciunt ea: et omnes qui confidunt
in eis Domus israel speravit in
domino: adiutor eorum et protector
eorum est Domus aaron speravit
in domino: adiutor eorum est et protector eorum est
Qui timent dominum speraverunt
in domino adiutor eorum est et protector eorum Dominus
memor fuit nostri et benedixit
nobis Benedixit domui
israel benedixit domui aaron
Benedixit omnibus qui timent
dominum: pusillis cum maiori-
bus Adiciat dominus super vos
: super vos et super filios vestros
Benedicti vos domino qui
fecit celum et terram Celum celi
domino: terram autem dedit filiis
hominum Non mortui lauda-
bunt te domine: neque omnes qui de-
scendunt in infernum Sed nos
qui vivimus benedicimus domino
: ex hoc nunc et usque in seculum
Domus iacob de populo barbaro
Nos qui vivimus benedicimus domino
Lucis creator optime
lucem dierum proferens primor-
diis lucis nove mundi pa-
rans originem Qui mane
iunctum vesperi diem vocari
precipis tetrum nunc chaos il-
labitur audi preces cum fleti-
bus Ne mens gravata cri-
mine vite sit exul munere
dum nil perenne cogitat
sese culpis alligat Celo-
rum pulset intimum vita-
le tollat premium vitemus om-
ne pessimum noxium purgemus
omne pessimum Deo patri
V Dirigatur domine Sicut in
Dilexi aii Inclinavit r ym
qui exaudiet dominus: vocem
orationis mee Quia inclina-
vit aurem suam michi: et
in diebus meis invocabo
Circumdederunt me dolores
mortis: et pericula inferni in-
venerunt me Tribula-
cionem et dolorem inveni: et
nomen domini invocabo O domine
libera animam meam: misericors
dominus et iustus: et deus noster
miseretur Custodiens parvu-
los dominus: humiliatus sum et
liberavit me Convertere anima
mea in requiem tuam: quia
dominus benefecit tibi Quia
eripuit animam meam de mor-
te oculos meos a lacrimis
pedes meos a lapsu Placebo domino
in regione vivorum Gloria
Inclinavit dominus aurem suam michi
Credidi aii Credidi r Ev
propter quod locutus sum
ego autem humiliatus

sum nimis. Ego dixi in ex-
cessu meo omnis homo mendax.
Quid retribuam domino pro omnibus
que retribuit michi. Calicem
salutaris accipiam: et nomen
domini invocabo. Vota mea
domino reddam coram omni populo
eius: preciosa in conspectu domini mor-
s sanctorum eius. O domine quia
ego servus ego servus tuus: et filius
ancille tue. Dirupisti vin-
cula mea et tibi sacrifica-
bo hostiam laudis: et nomen
domini invocabo. Vota mea
domino reddam in conspectu omnis
populi eius: in atriis domus domini
in medio tui Jerusalem. Gloria
Credidi propter quod locutus sum
r xvj Laudate. vj. Laudate
dominum omnes gentes
laudate eum omnes populi. Quoniam
confirmata est super nos misericordia
eius et veritas domini manet
in eternum. Gloria. Laudate do-
minum omnes gentes. Psalmus
Confitemini domino quoniam
bonus quoniam in seculum
misericordia eius. Dicat nunc israel
quoniam bonus quoniam in seculum misericordia
eius. Dicat nunc domus aa-
ron quoniam bonus quoniam in seculum
misericordia eius. Dicant nunc qui
timent dominum quoniam bonus quoniam
in seculum misericordia eius. De tribu-
latione invocavi dominum et
exaudivit me in latitudine
dominus. Dominus michi adiutor: non
timebo quid faciat michi homo.
Dominus michi adiutor: non ti-
mebo et ego despiciam ini-
micos meos. Bonum est con-
fidere in domino: quam confidere in

homine
hominibus. Bonum est sperare in
domino quam sperare in principibus
Omnes gentes circuierunt
me: et in nomine domini quia
ultus sum in eos. Circumdan-
tes circumdederunt me: et in nomine
domini quia ultus sum in eos. Circum-
dederunt me sicut apes et ex-
arserunt sicut ignis in spinis
et in nomine domini quia ultus
sum in eos. Impulsus sum
ut caderem eversus sum ut ca-
derem: et dominus suscepit me. For-
titudo mea et laus mea dominus: et factus est
michi in salutem. Vox exultacionis et
salutis: in tabernaculis iustorum.
Dextera domini fecit virtutem dextera
domini exaltavit me: dextera domini
fecit virtutem. Non moriar sed
vivam: et narrabo opera domini.
Castigans castigavit me
dominus: et morti non tradidit me.
Aperite michi portas iusticie et
ingressus in eas confitebor
domino: hec porta domini iusti intra-
bunt in eam. Confitebor tibi
domine quoniam exaudisti me: et factus es
michi in salutem. Lapidem quem
reprobaverunt edificantes hic factus
est in caput anguli. A domino
factum est illud istud et est mirabile
in oculis nostris. Hec est dies quam
fecit dominus: exultemus et letemur in ea.
O domine salvum me fac o domine bene
prosperare benedictus qui venturus
est in nomine domini. Benediximus
vobis de domo domini: deus dominus
et illuxit nobis. Constituite
diem sollempnem in condensis:
usque ad cornu altaris. Confi- 6
tebor tibi domine quoniam exaudisti
me: et factus es michi in salutem. Deus
meus es tu et confitebor tibi deus
meus es tu et exaltabo te. Confi-

fitemini quia dominus quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius. Gloria
xviii Beati immaculati in via
qui ambulant in lege
Aleph domini. Beati qui scrutantur te-
stimonia eius: in toto corde ex-
quirunt eum. Non enim qui ope-
rantur iniquitatem: in viis eius
ambulaverunt. Tu mandasti
mandata tua custodiri ni-
mis. Utinam dirigantur vie
mee: ad custodiendas iusti-
ficationes tuas. Tunc non con-
fundar cum perspexero in omnibus mandatis
tuis. Confitebor tibi in direc-
tione cordis: in eo quod didici iu-
dicia iustitie tue. Iustifica-
tiones tuas custodiam: non me
derelinquas usquequaque. In quo
Beth corrigit adolescentior viam
suam: in custodiendo sermones
tuos. In toto corde meo
xx exquisivi te: ne repellas me
a mandatis tuis. In corde
meo abscondi eloquia tua
ut non peccem tibi. Benedictus
es domine: doce me iustifica-
tiones tuas. In labiis meis
pronunciavi omnia iudicia oris
tui. In via testimoniorum tuorum
delectatus sum: sicut in omnibus di-
vitiis. In mandatis tuis ex-
ercebor: et considerabo vias
tuas. In iustificationibus tuis
meditabor: non obliviscar
sermones tuos. Gloria patri
Gimel Retribue servo tuo vivi-
xx fica me: et custodiam
sermones tuos. Revela oculos
tuos meos: et considerabo

mirabilia de lege tua. In-
cola ego sum in terra: non ab-
scondas a me mandata tua.
Concupivit anima mea desidera-
re iustificationes tuas: in omni tempore. In-
crepasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis
tuis. Aufer a me opprobrium opprobrium
et contemptum: quia testimonia tua
exquisivi. Etenim sederunt
principes et adversum me loquebantur:
servus autem tuus exercebatur
in iustificationibus tuis. Nam
et testimonia tua meditatio
mea est: et consilium meum
iustificationes tue. Adhesit Deleth
pavimento anima mea: vivi- xxi
fica me secundum verbum tuum.
Vias meas enunciavi tibi
et exaudisti me: doce me
iustificationes tuas. Viam iu-
stificationum tuarum instrue
me: et exercebor in mirabilibus
tuis. Dormitavit anima mea pre tedio:
confirma me
in verbis tuis. Viam iniqui-
tatis amove a me: et de le-
ge tua miserere mei. Viam
veritatis elegi: iudicia tua
non sum oblitus. Adhesi testi-
moniis tuis domine: noli
me confundere. Viam mandatorum
tuorum cucurri: cum dilatasti
cor meum. Gloria patri
Quicunque vult salvus
esse: ante omnia opus
est ut teneat katholicam
fidem. Quam nisi quisque in-
tegram inviolatamque serva-
verit absque dubio in eternum
peribit. Fides autem katholica
hec est: ut unum deum in trinitate
et trinitatem in unitate.

rem. Neque confundentes personas: neque substanciam separantes. Alia est enim persona patris alia filii alia spiritus sancti. Sed patris et filii et spiritus sancti una est divinitas: equalis gloria coeterna maiestas. Qualis pater talis filius talis spiritus sanctus. Increatus pater increatus filius increatus spiritus sanctus. Immensus pater immensus filius immensus spiritus sanctus. Eternus pater eternus filius eternus spiritus sanctus. Et tamen non tres eterni: sed unus eternus. Sicut non tres increati nec tres immensi: sed unus increatus et unus immensus. Similiter omnipotens pater omnipotens filius omnipotens spiritus sanctus. Et tamen non tres omnipotentes sed unus omnipotens. Ita deus pater deus filius deus spiritus sanctus. Et tamen non tres dii: sed unus est deus. Ita dominus pater dominus filius dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres domini sed unus dominus. Quia sicut singillatim unamquamque personam deum ac dominum christiana veritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere katholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus nec creatus nec genitus. Filius a patre solo est non factus nec creatus sed genitus. Spiritus sanctus a patre et filio: non factus nec genitus sed procedens. Unus ergo pater non tres patres unus filius non tres filii unus spiritus sanctus non tres spiritus sancti.

Et in hac trinitate nichil prius aut posterius nichil maius aut minus: sed tote tres persone sibi coeterne sunt et coequales. Ita ut per omnia sicut iam supra dictum est: et unitas in trinitate et trinitas in unitate veneranda sit. Qui vult ergo salvus esse: ita de trinitate senciat. Sed necessarium est ad eternam salutem: ut incarnacionem quoque domini ihesu christi fideliter credat. Est ergo fides recta ut credamus et confiteamur: quia dominus noster ihesus christus dei filius deus et homo est. Deus est ex substancia patris ante secula genitus: et homo est ex substancia matris in seculo natus. Perfectus deus perfectus homo ex anima racionali et humana carne subsistens. Equalis patri secundum humanitatem minor patre secundum divinitatem. Qui licet deus sit et homo: non duo tamen sed unus est christus. Unus autem non conversione divinitatis in carnem: sed assumpcione humanitatis in deum. Unus omnino non confusione substancie sed unitate persone. Nam sicut anima racionalis et caro unus est homo: ita deus et homo unus est christus. Qui passus est pro salute nostra descendit ad inferos: tercia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos sedet ad

humanitatem in carnem

dexteram dei patris omnipotentis
inde venturus est iudicare vi-
vos et mortuos Ad cuius
adventum omnes homines re-
surgere habent cum corporibus
suis et reddituri sunt de factis
propriis racionem Et qui bona
egerunt ibunt in vitam et-
ernam qui vero mala in igne
eternum Hec est fides katho-
lica quam nisi quisque fide-
liter firmiterque crediderit salvus esse
non poterit Gloria patri Sequens
antiphona cantatur in adventu domini ad
primam Salvatorem expectamus
dominum nostrum ihesum christum qui refor-
mabit corpus humilitatis nostre con-
figuratum corpori claritatis sue Se-
quens ant. cantatur in dominica domi-
ne in ira Tu mandasti domine manda-
ta tua custodiri nimis Sequens
ant. cantatur a dominica invocavit usque
ad dominicam passionis ferialibus di-
ebus Vivo ego dicit dominus no-
lo mortem peccatoris sed ut magis con-
vertatur et vivat Dominicales vero
antiphonas quere in diebus Se-
quens ant. cantatur per dominicam
passionis et palmarum ferialibus
diebus ad primam [illegible]
fremebant adversum me et gra-
tum est cor meum super eos Sequens
ant. cantatur post pascha usque ad
ascensionem domini ferialibus diebus
ad primam Surgens ihesus mane
prima sabbati apparuit primo ma-
rie magdalene de qua eiecerat
septem demonia alleluia Sequens
ant. cantatur per octavas trini-
tatis dominicis diebus ad primam
Benedicat nos deus pater cu-
stodiat nos ihesus christus illuminet
nos spiritus sanctus omnibus diebus vite
nostre confirmet nos virtus christi in-
cedentibus omnibus sanctis sursum dulce

credidit

[Indulgentiam ... tribu]at nobis dominus universa delicta
nostra Ympnus ad terciam

Nunc sancte nobis spiri-
tus unum patri cum filio digna-
re promptus ingeri nostro refu-
sus pectori Os lingua mens
sensus vigor confessionem
personent flammescat igne
caritas accendat ardor proximos
Presta pater piissime patrique compar unice cum spiritu
paraclito regnans per
omne seculum
Legem pone michi
domine viam iustificatio-
num tuarum et exquiram
eam semper Da michi intellectum et
scrutabor legem tuam et cu-
stodiam illam in toto cor-
de meo Deduc me domine
in semitam mandatorum
tuorum quia ipsam vo-
lui Inclina cor meum
deus in testimonia tua
et non in avariciam Averte
oculos meos ne videant
vanitatem in via tua vi-
vifica me Statue servo
tuo eloquium tuum in timore
tuo Amputa obprobrium
meum quod suspicatus sum quia
iudicia tua iocunda Ec-
ce concupivi mandata tua
in equitate tua vivifica me
Et veniat super me miseri-
cordia tua domine salutare tuum secundum
eloquium tuum Et respondebo
exprobrantibus michi ver-
bum quia speravi in sermonibus
tuis Et ne auferas de
ore meo verbum veritatis
usquequaque quia in iudiciis
tuis supersperavi

ad [illegible]

hec xxxv

videant

[illegible]

custodiam
custodiam legem tuam semper
in seculum et in seculum seculi.
Et ambulabam in latitu-
dine: quia mandata tua
exquisivi. Et loquebar
de testimoniis tuis in con-
spectu regum: et non con-
fundebar. Et meditabar
in mandatis tuis que dile-
xi. Et levavi manus me-
as ad mandata tua que dile-
xi: et exercebor in iustificatio-
nibus tuis. Gloria patri et.

Za. t. cc m

Memor esto servi tui
verbi tui servo tuo
in quo michi spem dedi-
sti. Hec me consolata est
in humilitate mea: quia
eloquium tuum vivificavit
me. Superbi inique age-
bant usquequaque: a lege
autem tua non declinavi.
Memor fui iudiciorum tu-
orum a seculo domine: et conso-
latus sum. Defectio tenuit
me pro peccatoribus: derelinquen-
tibus legem tuam. Can-
tabiles michi erant iu-
stificationes tue: in loco
peregrinationis mee. Memor
fui nocte nominis tui domine:
et custodivi legem tuam.
Hec facta est michi: quia iu-
stificationes tuas exquisivi.
Portio mea domine: dixi
custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam
in toto corde meo: miserere
mei secundum eloquium tuum.
Cogitavi vias meas:

et converti pedes meos in testi-
monia tua. Paratus sum
et non sum turbatus: ut cu-
stodiam mandata tua. Fu-
nes peccatorum circumplexi sunt
me: et legem tuam non sum
oblitus. Media nocte sur-
gebam ad confitendum tibi:
super iudicia iustificationis
tue. Particeps ego sum
omnium timentium te: et custodi-
entium mandata tua. Mi-
sericordia domini plena est
terra: iustificationes tuas
doce me. Psalmus david

Bonitatem fecisti cum
servo tuo domine: secundum
verbum tuum. Bonitatem et
disciplinam et scientiam tuam
doce me: quia mandatis
tuis credidi. Priusquam
humiliarer ego deliqui: prop-
terea eloquium tuum custodi-
vi. Bonus es tu et in boni-
tate tua doce me iusti-
ficationes tuas. Multi-
plicata est super me iniqui-
tas superborum: ego autem in
toto corde meo scrutabor
mandata tua. Coagula-
tum est sicut lac cor eorum:
ego vero legem tuam meditatus
sum. Bonum michi quia humili-
asti me: ut discam iusti-
ficationes tuas. Bonum
michi lex oris tui super mil-
ia milia auri et

och
xviii

et argenti. Manus tue domine
fecerunt me et plasmaverunt me
totum in circuitu; da michi intellectum ut
sciam ut discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me
et letabuntur: quia in verba tua
supersperavi. Cognovi domine quia
equitas iudicia tua: et in veritate
tate tua humiliasti me. Fiat
misericordia tua domine ut consoletur me
secundum eloquium tuum servo tuo.
Veniant mihi miserationes tue
et vivam: quia lex tua medi-
tatio mea est. Confundantur
superbi quia iniuste iniquitatem
fecerunt in me: ego autem exerce-
bor in mandatis tuis. Conver-
tantur mihi timentes te: et qui no-
verunt testimonia tua. Fiat
cor meum immaculatum in iusti-
ficationibus tuis: ut non con-
fundar. Gloria patri. Sequens an-
tiphona in adventu ad iii. Veni et
libera nos deus noster. Sequens antiphona
tamen ... feriali diebus
ad iii ... Adiuva me et ... apu-
ce in ... ad ... usque ad ...
Deduc me domine in semitam mandatorum
tuorum per ... ferialibus diebus ad ... Tu
mandasti ... pcias ... Deduc me
ad iii ad vi ad ix usque ad ...
Adiuva ... usque ad dominicam pas-
sionis ad iii. Advenit nobis dies
... ad redimenda peccata et ad sal-
vandas animas. In passione domini an.
ferialibus diebus ... ad iii. Quid
molesti estis huic mulieri opus enim
bonum operata est in me. Post pascha
... ad ascensionem ... ad iii. ... dice-
bant ad invicem quis revolvet no-
bis lapidem ab hostio monumenti
alleluia. Post ascensionem ... usque ad ...
... ad ... cantent ... de ...
... usque ...

psalmus Rector potens verax deus
scriptum qui temperas rerum vices
est ... splendore mane instruis
et ignibus meridiem. Extingue
flammas litium aufer calorem
noxium confer salutem corporum
veramque pacem cordium. Gloria tibi. Ps. c. xvii
Salva me domine et sanabor
salvum me fac et salvus
ero quoniam laus mea tu es. Ro-
R. iii. Sana animam meam quia
peccavi tibi. Ego dixi domine miserere
mei. Sana peccavi. V. Adiutor
meus esto ne derelinquas me neque
despicias me deus salutaris meus.
Inclina cor meum deus in testi-
monia tua. V. Averte oculos
meos ne videant vanitatem
in via tua vivifica me. Inclina
Gloria patri. Inclina cor. V. Ego di-
xi domine miserere mei. Sana.
Rector potens verax deus
qui temperas rerum vices
splendore mane instruis et
ignibus meridiem. Extingue
flammas litium aufer calorem
noxium confer salutem corporum
veramque pacem cordium. Gloria
Defecit in salutare tuum anima
mea: et in verbum tuum
supersperavi. Defecerunt oculi mei
in eloquium tuum: dicentes quando con-
solaberis me. Quia factus
sum sicut uter in pruina:
iustificationes tuas non sum
oblitus. Quot sunt dies servi
tui: quando facies de perse-
quentibus me iudicium: narra-
verunt mihi iniqui fabulationes
sed non ut lex tua. Omnia
mandata tua veritas: iniq-

Pia pre ... prece ... tu ... paci ... et semper ...
... xviii

persecuti sunt me adiuua me P
aulominus consummauerunt
me in terra: ego autem non dereliqui
mandata tua S ecundum
misericordiam tuam viuifica me:
et custodiam testimonia oris tui

Lamech
xxx ccc

I n eternum domine: verbum tu-
um permanet in celo I n
generatione et generationem veritas tua:
fundasti terram et permanet
O rdinatione tua perseue-
rat dies: quoniam omnia seru-
iunt tibi N isi quod lex tua
meditatio mea est: tunc forte
perissem in humilitate mea
I n eternum non obliuiscar
iustificationes tuas: quia in
ipsis viuificasti me T uus
sum ego saluum me fac: quoniam
iustificationes tuas ex-
quisiui M e expectauerunt
peccatores ut perderent me: te-
stimonia tua intellexi O mnis
consummationis vidi finem latum
mandatum tuum nimis Q uomodo

Mem
xl

Q uomodo dilexi legem tuam
domine: tota die medi-
tatio mea est S uper inimi-
cos meos prudentem me fe-
cisti mandato tuo quia in eter-
num mihi est S uper omnes docentes
me intellexi: quia testimo-
nia tua meditatio mea est
S uper senes intellexi: quia
mandata tua quesiui A b
omni via mala prohibui pe-
des meos: ut custodiam verba
tua A iudiciis tuis non
declinaui: quia tu legem po-
suisti mihi Q uam dulcia
faucibus meis eloquia tua:
super mel ori meo A mandatis
tuis intellexi: propterea odi-
ui omnem viam iniquitatis L ucer-

Nun
ccci

na pedibus meis verbum tuum
: et lumen semitis meis I
uraui et statui: custodire
iudicia iustitie tue H umiliatus
sum usquequaque domine: viuifica
me secundum verbum tuum V olun-
taria oris mei beneplacita fac
domine: et iudicia tua doce me
A nima mea in manibus meis
semper: et legem tuam non sum obli-
tus P osuerunt peccatores laque-
um mihi: et de mandatis tuis
non erraui H ereditate acqui-
siui testimonia tua in eternum
: quia exultatio cordis mei
sunt I nclinaui cor meum
ad faciendas iustificationes tuas
in eternum: propter retributionem. G la

Samech
ccc

I niquos odio habui
et legem tuam dile-
xi A diutor et susceptor meus
es tu: et in verbum tuum supersperaui
D eclinate a me maligni
: et scrutabor mandata dei
mei S uscipe me secundum
eloquium tuum et viuam: et non
confundas me ab expectatio-
ne mea A diuua me et sal-
uus ero: et meditabor in iusti-
ficationibus tuis semper S preuisti
omnes discedentes a iudiciis
tuis: quia iniusta est cogitatio
eorum P reuaricantes reputa-
ui omnes peccatores terre: ideo di-

lexi testimonia tua Confi-
ge timore tuo carnes me-
as: a iudiciis enim tuis tim-
ui Feci iudicium et iusticiam
: non tradas me calumpnian-
tibus Suscipe servum tuum
in bonum: non calumpnientur me
superbi Oculi mei defecerunt
in salutare tuo: et eloquium
iusticie tue Fac cum servo tuo
secundum misericordiam tuam: et iustifica-
tiones tuas doce me Servus
tuus ego sum: da michi in-
tellectum domine ut sciam testi-
monia tua Tempus faciendi
domine: dissipaverunt legem tuam
Ideo dilexi testimonia man-
data tua super aurum et tho-
pazion Propterea ad omnia
mandata tua dirigebar om-
nem viam iniquam odio habui Ex-
cita domine potenciam tuam et
veni ad salvandum nos Ry Ad-
Ad Galat. iuva me et salvus ero domine m
Alter alterius onera por-
tate et sic adimplebitis
legem Christi Deo gratias Ry Benedicam
dominum in omni tempore Semper laus eius
in ore meo ii In omni tempore Gloria patri
V. Dominus regit me et nichil michi deerit
deducale In eternum domine permanet
verbum tuum In celo et in secu-
lum seculi veritas tua permanet
Gloria patri In eternum V. Dominus regit
Ad Concedentes nos ipsos in mul-
ta paciencia per arma iusticie
virtutis dei Te verum in sua-
tium in psalmis confitentur apo-
stoli hec mulier hoc unguentum
ad sepeliendum me fecit ad Et re-
spicientes viderunt revolutum
lapidem erat quippe magnus
valde alta hympnus ad tertiam
Rerum deus tenax vigor
immotus in te permanens
lucis diurne tempora successibus determinans Largire
clarum vespere quo vita nus-
quam decidat sed premium mortis
sacre perhennis instat gloria
Presta pater piissime patrique compar unice cum spiritu paraclito regnans per omnia secula
Mirabilia testimonia
tua domine: ideo scrutata
est ea anima mea Declaracio
sermonum tuorum illuminat et
intellectum dat parvulis Os
meum aperui et attraxi spiritum
: quia mandata tua desi-
derabam Aspice in me et
miserere mei: secundum iudicium
diligencium nomen tuum
Gressus meos dirige secundum
eloquium tuum et non dominetur mei
omnis iniusticia Redime
me a calumpniis hominum ut
custodiam mandata tua Fa-
ciem tuam illumina super ser-
vum tuum: et doce me iu-
stificationes tuas Exitus aquarum
deduxerunt oculi mei: quia
non custodierunt legem
tuam Iustus es domine et rectum
iudicium tuum Mandasti
iusticiam testimonia tua: et
veritatem tuam nimis Tabescere
me fecit zelus tuus meus
quia obliti sunt verba tua
inimici mei Ignitum
eloquium tuum vehementer: et
servus tuus dilexit illud
Adolescentulus sum ego
et contemptus: iustificationes
tuas non sum oblitus Iusticia
tua iusticia in eternum
et lex tua veritas Tribula-
cio et angustia invenerunt
me: mandata tua medi-
tacio mea est Equitas

testimonia tua in eternum: intellectum da mihi et vivam. Gloria

Cosp c xxxvi

Clamavi in toto corde meo exaudi me domine: iustificationes tuas requiram. Clamavi ad te salvum me fac: ut custodiam mandata tua. Preveni in maturitate et clamavi: quia in verba tua supersperavi. Prevenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine: et secundum iudicium tuum vivifica me. Appropinquaverunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas. Initio cognovi de testimoniis tuis: quia in eternum fundasti ea.

Ret xxxvii

Vide humilitatem meam et eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. Iudica iudicium meum et redime me: propter eloquium tuum vivifica me. Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordie tue multe domine: secundum iudicium tuum vivifica me. Multi qui persequuntur me et tribulant me: a testimoniis tuis non declinavi. Vidi prevaricantes et tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua vivifica me. Principium verborum tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iustitie tue. Gloria

Syn xxxviii

Principes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidavit cor meum. Letabor ego super eloquia tua: sicut qui invenit spolia multa. Iniquitatem odio habui et abhominatus sum: et legem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitie tue. Pax multa diligentibus legem tuam: et non est illis scandalum. Expectabam salutare tuum domine: et mandata tua dilexi. Custodivit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer. Servavi mandata tua et testimonia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo.

Tav xxxix

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea ympnum: cum docueris me iustificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas. Fiat manus tua ut salvet me: quoniam mandata tua elegi. Concupivi salutare tuum domine: et lex tua meditatio mea. Vivet anima mea et laudabit te: et iudicia tua adiuvabunt me. Erravi sicut ovis que periit: quere servum tuum domine: quia mandata tua non sum oblitus. Gloria patri

In adventu capitulum In ivo adventu
libera nos domine. Post octavam epiphanie
Respice in me et miserere mei domine
In xl. capitulum Per arma iusticie virtutis
dei commendemus nos metipsos in
multa paciencia. In passione
Vulpes foveas habent et volucres
nidos filius autem hominis non habet
ubi caput suum reclinet. Post pas-
cha. Et recordate sunt verborum eius
et regresse a monumento nuncia-
verunt hec omnia illis undecim et
ceteris omnibus. Post octavam trinitatis
Te semper idem esse vivere
et intelligere profitemur. Capitulum
Omnia probate quod bonum
est tenete ab omni specie
mala abstinete vos. Deo
Aliud capitulum Estis enim precio
magno redempti glori-
ficate et portate dominum
nostrum in corde vestro. Deo
Responsorium breve Clamavi in toto cor-
de meo exaudi me domine iustifi-
cationes tuas requiram. Exaudi.
Gloria patri. Clamavi in toto. Clamavi. Versus
Ab occultis meis et ab aliena

Ad dominum cum tribularer
clamavi: et exau-
divit me. Domine
libera animam meam a labi-
is iniquis: et a lingua do-
losa. Quid detur tibi aut
quid apponatur tibi: ad lin-
guam dolosam. Sagitte
potentis acute: cum car-
bonibus desolatoriis. Heu
michi quia incolatus
meus prolongatus est: habita-
vi cum habitantibus cedar mul-
tum incola fuit anima mea.
Cum hiis qui oderunt
pacem eram pacificus: cum
Redime me domine et miserere mei
pes enim meus stetit in via recta
in ecclesiis benedicam te domine in
fine. Gloria. Versus Ab occultis meis munda

loquebar illis impugna-
bant me gratis. Gloria patri.
Clamavi et exaudivit me. Alleluia.
Levavi oculos meos
in montes unde
veniat auxilium
michi. Auxilium meum
a domino: qui fecit celum
et terram. Non det in com-
motionem pedem tuum: neque
dormitet qui custo-
dit te. Ecce non dormita-
bit neque dormiet: qui cu-
stodit israel. Dominus custodit
te dominus protectio tua: super
manum dexteram tuam. Per
diem sol non uret te:
neque luna per noctem. Dominus
custodit te ab omni ma-
lo: custodiat animam tuam
dominus. Dominus custodiat in-
troitum tuum et exitum tuum:
ex hoc nunc et usque in se-
culum. Gloria patri. Auxi-
lium meum a domino. Capitulum
Dominus autem dirigat corda
et corpora nostra in caritate
dei et in paciencia christi.
Deo gracias. Hymnus ad vesperas
Inmense celi conditor qui mixta
ne confunderent aque fluenta di-
videns celum dedisti limitem.
Firmans locum celestibus simulque
terre rivulis ut unda flammas
temperet terre solum ne dissi-
pet. Infunde nunc piissi-
me donum perennis
gracie fraudis nove ne ca-
sibus nos error atterat ve-
tus. Lucem fides inveniat
sic luminis iubar ferat hec cun-
cta vana terreat hanc falsa

nullus confirmat. Gloria patri.
Sequitur anti[phona] Respexit do|mina dominum quia respexit deus humilitatem meam. Respexit.
Anti[phona] In domum domini. Psalmus

Assis in c. xxi

Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis Ierusalem. Ierusalem que edificatur ut civitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini: testimonium Israel ad confitendum nomini domini. Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum David. Rogate que ad pacem sunt Ierusalem: et habundancia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: et habundancia in turribus tuis. Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri: quesivi bona tibi. Gloria patri. Anti[phona] In domum domini letantes ibimus. Psalmus

c. xxii

Ad te levavi oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi servorum: in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra obprobrium habundantibus et despectio superbis. Gloria patri. Qui habitas in celis miserere nobis. Adiutorium nostrum. Psalmus david

c. xxiii

Nisi quia dominus erat in nobis: dicat nunc Israel nisi quia dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos: forte vivos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransivit anima nostra [anima nostra]: forsitan pertransisset anima nostra: aquam intollerabilem. Benedictus dominus qui non dedit nos: in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est: et nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celum et terram. Gloria. Adiutorium nostrum in nomine domini. Benefac. Psalmus david

c. xxiiii

Qui confidunt in domino sicut mons Syon: non commovebitur in eternum qui habitat in Ierusalem. Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et usque in seculum. Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem

nistrorum: ut non extendent
iusti ad iniquitatem manus
suas. Benefac domine bo-
nis et rectis corde. Decli-
nantes autem in obligationes:
adducet dominus cum operantibus
iniquitatem pax super israel. an.
Benefac domine bonis et rectis
corde. an. facti sumus ps.
c xxv In convertendo dominus cap-
tivitatem syon: facti su-
mus sicut consolati. Tunc
repletum est gaudio os nostrum:
et lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes:
magnificavit dominus facere cum
eis. Magnificavit dominus facere
nobiscum: facti sumus letantes.
Converte domine captivitatem
nostram: sicut torrens in austro.
Qui seminant in lacrimis
in exultatione metent. Eun-
tes ibant et flebant: mitten-
tes semina sua. Venientes
autem venient cum exultatione
portantes manipulos suos.
facti sumus sicut consolati. an.
Telluris Ca dus aut di-
ingens conditor mundi
solum qui eruens pulsis aque
molestiis terram dedisti immo-
bilem. Ut germen aptum pro-
ferens fulvis decora floribus
fecunda fructu sisteret pastumque
gratum redderet. Mentis peruste
vulnera munda viroris gratia ut
facta fletu diluat motusque
pravos atterat. Iussis tuis
obtemperet nullis malis

apponet bonis repleri ga-
udeat et mortis actus nesci-
at. Presta pater. Dignatur
a. Exultet spiritus meus in deo
salutari meo cum psalmo. an. Nisi tu
Nisi dominus edificaverit c xxvi
domum feria iiij.
in vanum laboraverunt qui
edificant eam. Nisi dominus
custodierit civitatem: frustra
vigilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lu-
cem surgere: surgite postquam
sederitis qui manducatis
panem doloris. Cum dederit
dilectis suis sompnum:
ecce hereditas domini filii merce-
des fructus ventris. Si-
cut sagitte in manu po-
tentis: ita filii excussorum.
Beatus vir qui implevit
desiderium suum ex ipsis: non
confundetur cum loquetur
inimicis suis in porta.
Nisi tu domine servabis nos in
vanum vigilant oculi. Beati omnes
Beati omnes qui ti-
ment dominum: qui c xxvii
ambulant in viis eius.
Labores manuum tuarum
quia manducabis: beatus
es et bene tibi erit. Uxor tua
sicut vitis habundans in la-
teribus domus tue. Fili-
i tui sicut novelle olivarum:
in circuitu mense tue. Ec-
ce sic benedicetur homo: qui timet
dominum. Benedicat tibi dominus

syon: et videas bona ierusalem
omnibus diebus vite tue
Et videas filios filiorum
tuorum: pacem super israel. Gloria
Beati omnes qui timent dominum
Sepe ex [psalmus] Benedicat
c xxviii pugnaverunt me a iuven
tute mea: dicat nunc
israel. Sepe expugnaverunt
me a iuventute mea: et enim non
potuerunt michi. Supra
dorsum meum fabricaverunt
peccatores: prolongaverunt ini
quitatem suam. Dominus iustus
concidet cervices peccatorum
confundantur et convertantur
retrorsum: omnes qui oderunt
syon. Fiant sicut fenum
tectorum: quod priusquam evellatur
exaruit. De quo non
implevit manum suam qui
metet: et sinum suum qui
manipulos colligit. Et non
dixerunt qui preteribant bene
dictio domini super vos: benedi
ximus vobis in nomine
domini. Gloria Benediximus vobis
in nomine domini. De profundis
c xxix De profundis clamavi [exaudi vocem meam]
ad te domine: domine quis
~~sustinebit~~ Fiant aures
tue intendentes: in vocem
deprecationis mee. Si ini
quitates observaveris domine:
domine quis sustinebit. Quia
apud te propiciatio est: et propter
legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea

in verbo eius: speravit anima
mea in domino. A custodia
matutina usque ad noctem
speret israel in domino. Quia
apud dominum misericordia et copiosa
apud eum redemptio. Et
ipse redimet israel ex omnibus
iniquitatibus eius. Gloria. antiphona
De profundis clamavi ad te
domine. Speret psalmus
c xxx Domine non est exalta
tum cor meum neque
elati sunt oculi mei. Neque
ambulavi in magnis neque
in mirabilibus super me. Si
non humiliter sentiebam: sed
exaltavi animam meam. Si
cut ablactatus est super matre
sua: ita retributio in anima
mea. Speret israel in domino
ex hoc nunc et usque in seculum.
Speret israel in domino. Ca. Dubat
Ympnus Celi deus sanctissime qui
lucidum centrum poli
candore pingis igneo au
gens decoro lumine. Quarto die
qui flammeam solis rotam constitu
ens lune ministras ordini vago
sque cursus syderum. Ut noctibus
vel lumini diremptionis terminum
primordiis et mensium signum da
ret notissimum. Illumina cor
dium absterge sordes mentium
resolve culpe vinculum everte
moles criminum. Presta pater. versiculus
~~Dirigatur~~ antiphona Respexisti humili[tatem] [et fecit in me magna qui potens est]
mea domine deus meus. Et ...
Feria quinta. ad vesperas.
fe[ria] q[uinta]

cxxxi Memento domine David: et omnis mansuetudinis eius. Sicut iuravit domino: votum vovit deo iacob. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero sompnum oculis meis: et palpebris meis dormitacionem. Et requiem temporibus meis: donec inveniam locum domino: tabernaculum deo iacob. Ecce audivimus eam in effrata: invenimus eam in campis silve. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Surge domine in requiem tuam: tu et archa sanctificacionis tue. Sacerdotes tui induantur iusticiam: et sancti tui exultent. Propter david servum tuum: non avertas faciem christi tui. Iuravit dominus david veritatem et non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filii tui testamentum meum: et testimonia mea hec que docebo eos. Et filii eorum usque in seculum: sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit dominus syon: elegit eam in habitacionem sibi. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultacione exultabunt. Illuc producam cornu david: paravi lucernam christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificacio mea. Gloria. Et omnis mansuetudinis eius habitare. psalmus

Ecce quam bonum et quam iocundum: habitare fratres in unum. cxxxii Sicut unguentum in capite: quod descendit in barbam barbam aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem syon. Quoniam illic mandavit dominus benediccionem et vitam usque in seculum. ps.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes servi domini. cxxxiii Qui statis in domo domini.

in atriis domus dei nostri. In
noctibus extollite manus
vestras in sancta: et benedicite
dominum. Benedicat te dominus
ex Sion: qui fecit ce-
lum et terram. Gloria patri. Habita-
re fratres in unum. Omnia
c xxxiiii Laudate nomen
domini: laudate ~~lau-
date~~ servi dominum. Qui
statis in domo domini:
in atriis domus dei nostri. L-
audate dominum quia bonus
dominus: psallite nomini eius
quoniam suave est. Quoniam ia-
cob elegit sibi dominus:
israhel in possessionem sibi. Quo-
niam ego cognovi quod
magnus est dominus: et deus
noster prae omnibus diis. Omnia
quaecumque voluit dominus fe-
cit in caelo et in terra: in ma-
ri et in omnibus abyssis.
Educens nubes ab ex-
tremo terrae: fulgura in plu-
viam fecit. Qui producit
ventos de thesauris suis:
qui percussit primogenita
Egypti: ab homine usque
ad pecus. Et misit signa
in medio tui Egypte:
in Pharaonem et in omnes
servos eius. Qui percus-
sit gentes multas: et oc-
cidit reges fortes. Se-
on regem Amorreorum
et Og regem Basan: et
omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum heredi-
tatem: hereditatem israhel populo
suo. Domine nomen tuum in
eternum: domine memoriale
tuum in generatione et genera-
tionem. Quia iudicabit
dominus populum suum: et in servis
suis deprecabitur. Simula-
chra gentium argentum
et aurum: opera manuum
hominum. Os habent et non
loquentur: oculos habent
et non videbunt. Aures
habent et non audient: ne-
que enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui
faciunt ea: et omnes qui
confidunt in eis. Domus
israhel benedicite domino: domus
Aaron benedicite domino.
Domus Levi benedicite
domino: qui timetis dominum
benedicite domino. Benedictus
dominus ex Sion qui habitat
in Ierusalem. Gloria. Omnia que-
cumque voluit dominus fecit. [illegible]
c xxxv Confitemini domino
quoniam bonus: quoniam
in seculum misericordia
eius. Confitemini deo
deorum quoniam in eternum. Con-
fitemini domino dominorum quoniam
in seculum. Qui facit
mirabilia solus: quoniam
in eternum. Qui fecit ce-
los in intellectu quoniam in seculum misericordia

Qui firmavit terram sup aquas q.
qm in eternum. Qui fecit lu-
mina magna qm i se. So-
lem in ptatem diei q in et.
Lunam et stellas in ptatem
noctis q in se. Qui percussit
egiptum cum primogenitis
eorum q in et. Qui eduxit
isrl de medio eorum q in se.
In manu potenti et bra-
chio excelso q in et. Qui
divisit mare rubrum in di-
visiones q in se. Et eduxit
isrl per medium eius q in se.
Et excussit pharaone
et virtutem eius in mare ru.
q in et. Qui traduxit
ppl'm suum per desertum q in se.
Qui percussit reges ma-
gnos q in et. Et occidit
reges fortes q in se. Et
omnia regna chanaan
q in et. Seon regem
amorreorum q in se. Et Og
regem basan q in et.
Et dedit terram eorum he-
reditatem q in se. Hereditatem
isrl servo suo q in et.
Qui in humilitate nra
memor fuit nri q in se.
Et redemit nos ab ini-
micis nris q in et. Qui
dat escam omni carni q
in se. Confitemini deo celi.
Confitemini dno dnorum
qm in eternum misericordia
Qm in eternum mia eius
Hymnum cantate nobis de

Super flumina babi- cxxxvi
lonis illic sedimus et
flevimus dum recordaremur
sion. In salicibus in me-
dio eius suspendimus
organa nra. Quia illic
interrogaverunt nos qui cap-
tivos duxerunt nos verba
cantionum. Et qui abduxe-
runt nos: hymnum canta-
te nobis de canticis sion.
Quomodo cantabimus canticum
domini in terra aliena. Si
oblitus fuero tui ierusalem:
oblivioni detur dextera
mea. Adhereat lingua
mea faucibus meis:
si non meminero tui. Si
non proposuero ierusalem in prin-
cipio leticie mee.
Memor esto dne filiorum
edom: in die ierusalem. Qui
dicunt exinanite exina-
nite: usque ad fundamentum
in ea. Filia babilonis
misera beatus qui retribuet
tibi retributionem tuam: quam
retribuisti nobis. Beatus
qui tenebit et allidet par-
vulos suos ad petram.
Hymnum cantate nobis de canticis.
Magne deus potencie
qui ex aquis ortum genus
partim remittis gurgiti par-
tim levas in aera. Demer-
sa limphis imprimens subvecta
celis irrigans ut stirpe una
prodita diversa rapiant loca.
Largire cunctis famulis

mundat unda sanguis veste
lapsum criminum nec sit mortis
tedium Ut culpa nullum depri-
mat nullum levet iactantia
elisa mens ne concidat elata
mens ne corruat. Presta pater
anti. Deposuit potentes sedes
persequentes et exaltavit humiles
xpm confitentes. feria v
antiph. In conspectu angelorum

r cxxxvij
Confitebor tibi
domine in toto cor-
de meo: quoniam audisti omnia
verba oris mei In conspectu
angelorum psallam tibi:
adorabo ad templum sanc-
tum tuum et confitebor nomi-
ni tuo Super misericordia tua et
veritate tua: quoniam magnifi-
casti super omne nomen
sanctum tuum In quacumque die
invocavero te exaudi-
me: multiplicabis in anima
mea virtutem Confiteantur
tibi domine omnes reges terre
: quia audierunt omnia
verba oris tui Et cantent
in viis domini: quoniam magna
est gloria domini Quoniam excelsus
dominus et humilia respicit:
et alta a longe cognoscit
Si ambulavero in medio
tribulationis vivificabis
me et super iram inimicorum
meorum extendisti manum
tuam: et salvum me fecit
dextera tua Dominus retribuet
pro me domine misericordia tua
in seculum: opera manuum
tuarum ne despicias Gloria
In conspectu angelorum psallam
tibi deus meus. Domine

r cxxxviij
Domine probasti me
et cognovisti me:
tu cognovisti sessionem
meam et resurrectionem meam
Intellexisti cogitationes
meas de longe: semitam
meam et funiculum meum investiga-
sti Et omnes vias meas pre-
vidisti: quia non est sermo in
lingua mea Ecce tu domine
cognovisti omnia no-
vissima et antiqua: tu for-
masti me et posuisti super
me manum tuam Mirabi-
lis facta est scientia tua ex me:
confortata est et non potero
ad eam Quo ibo a spiri-
tu tuo: et quo a facie tua
fugiam Si ascendero in
celum tu illic es: si de-
scendero ad infernum ades
Si sumpsero pennas meas
diluculo: et habitavero in extre-
mis maris Et enim illuc
manus tua deducet me:
et tenebit me dextera
tua Et dixi forsitan te-
nebre conculcabunt me:
et nox illuminatio mea in deli-
ciis meis Quia tenebre
non obscurabuntur a te et nox
sicut dies illuminabitur

sicut tenebre eius ita et
lumen eius. Quia tu pos-
sedisti renes meos: susce-
pisti de utero matris mee.
Confitebor tibi quia terribi-
liter magnificatus es mirabi-
lia opera tua: et anima mea
cognoscet nimis. Non est
occultatum os meum a te quod
fecisti in occulto: et substancia
mea in inferioribus terre. Im-
perfectum meum viderunt ocu-
li tui et in libro tuo omnes scri-
bentur: dies formabuntur
et nemo in eis. Michi autem
nimis honorati sunt amici
tui deus: nimis confortatus
est principatus eorum. Di-
numerabo eos et super are-
nam multiplicabuntur: exsur-
rexi et adhuc sum tecum.
Si occideris deus peccatores: vi-
ri sanguinum declinate a
me. Quia dicitis in cogitacione
: accipient in vanitate ci-
vitates suas. Nonne
qui oderunt te domine ode-
ram: et super inimicos tuos
tabescebam. Perfecto odio
oderam illos: inimici facti
sunt michi. Proba me
deus et scito cor meum: in-
terroga me et cognosce
semitas meas. Et vi-
de si via iniquitatis
in me est: et deduc me

dicitis

in via eterna. Gloria patri.
Domine probasti me et cognovi-
sti me. A viro iniquo.
Eripe me domine ab homine
malo: a viro iniquo
eripe me. Qui co-
gitaverunt iniquitates in corde
: tota die constituebant pre-
lia. Acuerunt linguas suas
sicut serpentes: venenum
aspidum sub labiis eorum.
Custodi me domine de ma-
nu peccatoris: et ab hominibus
iniquis eripe me. Qui cogita-
verunt supplantare gres-
sus meos: absconderunt
superbi laqueum michi. Et
funes extenderunt in laqueum
michi: iuxta iter scanda-
lum posuerunt michi.
Dixi domino deus meus es tu
: exaudi domine vocem depreca-
cionis mee. Domine domine
virtus salutis mee: ob-
umbrasti super caput meum
in die belli. Non tradas me
domine a desiderio meo peccatori
: cogitaverunt contra me
ne derelinquas me ne
forte exaltentur. Caput
circuitus eorum labor labiorum
eorum: operiet eos. Cadent
super eos carbones in igne
deicies eos: in miseriis
non subsistent. Vir lin-
guosus non dirigetur in terra
virum iniustum mala ca-
pient in interitu. Cognovi
quia faciet dominus iudi-

xxxx

causam inopis: et vindictam
pauperum. Verumptamen iusti
confitebuntur nomini tuo:
et habitabunt recti cum vultu
tuo. Gloria patri. Nonne. Eripe
libera me domine. Domine clamavi.

Domine clamavi ad
te exaudi me: in-
tende voci mee dum
clamavero ad te. Diriga-
tur oratio mea sicut incensum in
conspectu tuo: elevatio ma-
nuum mearum sacrificium vesperti-
num. Pone domine custodiam
ori meo: et hostium circumstan-
tie labiis meis. Non de-
clines cor meum in verba
malicie: ad excusandas
excusationes in peccatis. Cum
hominibus operantibus iniqui-
tatem: et non communicabo
cum electis eorum. Corripi-
et me iustus in misericordia et
increpabit me: oleum
autem peccatoris non impinguet
caput meum. Quoniam adhuc
et oratio mea in beneplacitis
eorum: absorpti sunt iuncti
petre iudices eorum. Au-
dient verba mea quoniam po-
tuerunt: sicut crassitudo
terre erupta est super terram.
Dissipata sunt ossa nostra se-
cus infernum: quia ad te
domine domine oculi mei: in te spera-
vi non auferas animam meam. Cu-
stodi me a laqueo quem
statuerunt michi: et a scanda-
lis operantium iniquitatem.

Incidant in retiaculo eius
peccatores: singulariter sum
ego donec transeam. Gloria.
Domine clamavi ad te exaudi me.

Voce mea ad dominum
clamavi: voce
mea ad dominum depre-
catus sum. Effundo in con-
spectu eius orationem meam:
et tribulationem meam ante
ipsum pronuncio. In deficiendo
ex me spiritum meum: et tu co-
gnovisti semitas meas. In
via hac qua ambulabam:
absconderunt superbi laque-
um michi. Considerabam
ad dexteram et videbam:
et non erat qui cognosceret
me. Periit fuga a me: et non
est qui requirat animam meam.
Clamavi ad te domine dixi
tu es spes mea: portio mea
in terra viventium. Intende
ad deprecationem meam: quia
humiliatus sum nimis. Li-
bera me a persequentibus me:
quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animam
meam ad confitendum
nomini tuo: me expectant
iusti donec retribuas michi.
Portio mea domine sit in terra viventium.
Plasma (Capitulum) Plasmator
hominis deus qui cuncta
solus ordinans humum
iubes producere reptantis et
fere genus. Qui magna rerum
corpora dictu iubentis vivida ut
serviant per ordinem subdens dedisti

r xl

r xli

hominem. homini. Repelle a famulis
tuis quidquid per ignorantiam
aut moribus se surripit aut actibus
se interserit. Da gaudiorum premia
da gratiarum munera dissolue litis vi-
cula astringe federa. Per dominum. Pater
noster. Dirigatur oratio. antiphona Suscepit
deus israel puerum suum sicut locutus
est ad patres nostros abraham et se-
mini eius et exaltavit humiles propter
in seculum. Capitulum. Canticum

Domine exaudi orationem
meam auribus perci-
pe obsecrationem meam
in veritate tua exaudi me in tua
iustitia. Et non intres in iudi-
cium cum servo tuo quia non
iustificabitur in conspectu tuo
omnis vivens. Quia persecutus
est inimicus animam meam
humiliavit in terra vitam meam
Collocavit me in obscuris
sicut mortuos seculi et anxi-
atus est in me spiritus meus in
me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum meorum
antiquorum meditatus sum
in omnibus operibus tuis et in
factis manuum tuarum medi-
tabar. Expandi manus me-
as ad te anima mea sicut
terra sine aqua tibi. Velo-
citer exaudi me domine quia
defecit spiritus meus. Non aver-
tas faciem tuam a me et si-
milis ero descendentibus in
lacum. Auditam fac michi
mane misericordiam tuam
quia in te speravi. Notam
fac michi viam in qua ambu-
lem quia ad te levavi
animam meam. Eripe me de

inimicis meis domine ad te
confugi doce me facere
voluntatem tuam quia deus
meus es tu. Spiritus tuus
bonus deducet me in terram
rectam propter nomen tuum
domine vivificabis me in equi-
tate tua. Educes de tribu-
latione animam meam et
in misericordia tua disperdes inimi- omnes
cos meos. Et perdes
omnes qui tribulant me
animam quoniam ego servus tuus
sum. Gloria patri. Sabbato antiphona
Benedictus dominus deus

Benedictus dominus de-
us meus qui docet
manus meas ad
prelium et digitos meos
ad bellum. Misericordia mea et re-
fugium meum susceptor meus
et liberator meus. Pro-
tector meus et in ipso speravi
qui subdis populum meum
sub me. Domine quid est ho-
mo quia innotuisti ei aut
filius hominis quia reputas
eum. Homo vanitati si-
milis factus est dies eius
sicut umbra pretereunt. Do-
mine inclina celos tuos et
descende tange montes
et fumigabunt. Fulgura
coruscationem et dissipabis
eos emitte sagittas tuas
et conturbabis eos. Emitte
manum tuam de alto eripe
me et libera me de aquis
multis et de manu filiorum

alienorum Quorum os locu
tum ē vanitatē: et dextra
eorum dextra iniquitatis Deus
canticum novum cantabo tibi
: in psalterio decacordo
psallam tibi Qui das
salutem regibus qui rede-
misti david servum tuum: de
gladio maligno eripe me
Et erue me de manu fi-
liorum alienorum quorum os
locutum ē vanitatē: et dex-
tra eorum dextra iniquitatis
Quorum filii sicut novelle
plantationes: in iuventute
sua Filie eorum composite:
circumornate ut similitudo
templi Promptuaria eorum
plena eructantia ex hoc
in illud Oves eorum fete
se habundantes in egressibus
suis: boves eorum crasse
Non ē ruina macerie ne-
que transitus: neque clamor
in plateis eorum Beatum di-
xerunt populum cui hec sunt
beatus populus: cuius dominus deus
eius Gloria patri Benedictus
dominus deus meus Secundum

Exaltabo te deus meus rex et bene- c xliiij
dicam nomini tuo in
seculum: et in seculum seculi
Per singulos dies benedicam
tibi et laudabo nomen
tuum in seculum: et in seculum
seculi Magnus dominus

et laudabilis nimis: et ma-
gnitudinis eius non ē finis
Generatio et generatio laudabit
opera tua: et potentiam tuam
pronunciabit Magnificentiam
glorie sanctitatis tue loquentur
: et mirabilia tua narrabunt
Memoriam habundancie suavitatis
tue eructabunt
: et iusticia tua exultabunt
Miserator et misericors
dominus: paciens et multum mi-
sericors Et virtutem terribilium
tuorum dicent: et magnitudinem
tuam narrabunt Suavis
dominus universis
: et miserationes eius super omnia opera
eius Confiteantur tibi domine
omnia opera tua: et sancti tui
benedicant tibi Gloriam re-
gni tui dicent: et potentiam
tuam loquentur Ut notam
faciant filiis hominum pote-
statem tuam: et gloriam magnificen-
cie regni tui Regnum
tuum regnum omnium seculorum
: et dominatio tua in omni genera-
tione et generationem Fidelis
dominus in omnibus verbis suis
: et sanctus in omnibus operibus
suis Allevat dominus omnes
qui corruunt: et erigit omnes
elisos Oculi omnium in te
sperant domine: et tu das escam
illorum in tempore oportuno Aperis
tu manum tuam: et im-

62
61

ples om̄e animal bñdic-
tiōne Iustus dñs in oībȝ
viis suis ⁊ scūs in oībȝ opi-
bus suis Prope ē dñs oībȝ
invocantibȝ eum omnibus
invocantibȝ eū in vitate
Uolumtatē timenciū se fa-
ciet ⁊ depcacionē eoꝝ exa-
udiet: ⁊ saluos faciet eos
Custodit dñs om̄s dilige-
tes se: ⁊ om̄s pccōes disp̄det
Laudacōm dñi loquetur
os meū ⁊ bñdicat omīs ca-
ro nomē scō eius ī seculū et in
seculum seculi Gl̄a Sicut erat
in p̄n̄ ⁊ n̄ ⁊ in secl'm secli Laudabo

c xlv Lauda anima mea dñm lau-
dabo dñm in vita
mea: psallam deo
meo quā diu fuero Nolite
confidere in principibus in
filiis hominum: ī quibȝ non
est salus Exibit spūs
eius ⁊ reuertetur in terram
suam in illa die peribunt
om̄s cogitaciones eoꝝ B
tus cuiꝰ deus iacob adiu-
tor eius spes eius in dño
deo ipius qui fecit celum
⁊ terram mare: ⁊ omīa que
in eis sunt Qui custodit
veritatem in seculū facit
iudicium iniuriam pacie-
tibus: dat escam esurientibȝ
Dñs soluit compeditos dñs
illuīat cecos Dñs erigit
elisos: dñs diligit iustos
Dñs custodit aduenas pu-
pillum ⁊ viduam suscipiet
: ⁊ vias pccōꝝ disperdet Gl̄a
Laudabo dñm meum in vita mea

c xlvi Laudate dñm quoniam
bonus est
psalmus deo nr̄o
sit iocunda decōra sit laudacō
Edificans ierlm dñs disp̄-
siones isrl congregabit
Qui sanat contritos cor-
de: ⁊ alligat contriciones eoꝝ
Qui numerat multitudinē
stellaꝝ: ⁊ omnibus eis no-
mina vocat Magnus dñs
deꝰ nr̄ ⁊ magna virtus
eius: ⁊ sapie eius nō est
numerus Suscipiens
mansuetos dñs: humilians
aūt pccōes vsq; ad terram
Precinite dño in confessio-
ne: psallite deo nr̄o ī cithara
Qui opit celum nubibȝ
: ⁊ parat tēre pluuiam Qui
producit in montibȝ fenū
⁊ herbam: s'uituti hom̄
Qui dat iumentis escam
ipoꝝ: ⁊ pullis coruoꝝ in-
vocantibus eū Non in
fortitudine equi volun-
tatē hebit: nec ī tibiis
viri beneplacitū erit ei Bn-
placitū ē dño sup timentes eū
: ⁊ in eis qui sperant sup
mia eius Gl̄a patri ⁊ fi
Deo nr̄o iocunda sit laudacō
Regnabit dñs ī secula deus tuus syon
in omni generacōe et generacionem

Benedixit filiis tuis in te

c xlvij Lauda ierusalem dominum:
lauda deum tuum
syon. Quoniam confortavit
seras portarum tuarum: benedi-
xit filiis ~~tuis~~ tuis in te.
Qui posuit fines tuos
pacem: et adipe frumenti
saciat te. Qui emittit eloqui-
um suum terre: velociter ~~cu-~~
currit sermo eius. Qui dat
nivem sicut lanam: nebu-
lam sicut cinerem spargit.
Mittit cristallum suam sicut
buccellas: ante faciem
frigoris eius quis susti-
nebit. Emittet verbum
suum et liquefaciet ea: flabit
spiritus eius et fluent aque.
Qui annunciat verbum suum
iacob iusticias et iudicia
sua israel. Non ~~venit~~ fe-
cit taliter omni nacioni: et
iudicia sua non manifesta-
vit eis. Gloria patri Domino

[illegible] Benedixit filiis tuis in te … ad vesperas

Benedictus deus Capitulum
et pater domini nostri ihesu
pater misericordiarum et deus
tocius consolacionis qui
consolatur nos in omni tri-
bulacione nostra Deo gracias
~~Sequens ympnus cantatur a festo trinitatis usque ad kristi sanctae~~ capitulum

c xlvij O lux beata trinitas et principalis
unitas iam sol recedit igneus
infunde lumen cordibus. Te mane
laudum carmine te deprecamur ves-
peri te nostra supplex gloria per cuncta
laudet secula Deo patri. Versus vesperis
Ecce lucis ante terminum rerum crea-
tor poscimus ut solita clemen-
cia sis presul et custodia pro …
Procul recedant sompnia et noc-
tium fantasmata hostemque nostrum compr-
ime ne polluantur corpora. Prima

Presta pater omnipotens per ihesum christum dominum
qui tecum in perpetuum regnat cum sancto
Pacem et veritatem dilexit
pacem et iusticiam diligite ait
dominus omnipotens Deo Gracias. Te sancto
te invocamus te laudamus te adoramus
te glorificant omnes creature
tue o beata trinitas. Benedi-
~~Iste ympnus cantatur a festo pascha usque ad adventum domini~~ ympnus
Deus creator omnium polique
rector vestiens diem deco-
ro lumine noctem sopore gra-
Artus solutos ut quies
reddat ~~labores~~ laboris usui
mentesque fessas allevet luctusque
solvat anxios. Grates per-
acto iam die et noctis exortu
preces voti reos ut adiuves
ympnum canentes solvimus. Te
cordis [illegible] ima concinant te
vox canora concrepet te dili-
gat castus amor te mens
adoret sobria. Ut cum profunda
clauserit diem caligo noctium
noctium fides tenebras nesciat
et nox fidei luceat. Dormire
mentem ne sinas dormire
culpa noverit castos fides re-
frigerat sompni vaporem tepet
Exuta sensu lubrico te cordis
alta sompnient ne hostis in-
vidi dolo pavor quietos suscitet.
Christum rogemus et patrem
christi patris filii unum potens
per omnia fove precantes trinitas

c xlviij Laudate dominum Versus vesperis
L de celis lauda
te eum in excelsis
Laudate eum omnes angeli
eius: laudate eum omnes
virtutes eius. Laudate
eum sol et luna: laudate
eum stelle et lumen. Laudate

cu celi celorum: et aque omnes
que super celos sunt laudent
nomen domini Quia ipse di
xit et facta sunt ipse mandavit
et creata sunt Statuit
ea in eternum et in seculum seculi
preceptum posuit et non preteri
bit Laudate dominum de terra
dracones et omnes abyssi
Ignis grando nix gla
cies spiritus procellarum: que
faciunt verbum eius Montes
et omnes colles: ligna fruc
tifera et omnes cedri Bestie
et universa pecora: serpentes
et volucres pennate Re
ges terre et omnes populi: princi
pes et omnes iudices terre
Iuvenes et virgines se
nes cum iunioribus lau
dent nomen domini: quia ex
altatum est nomen eius solius
Confessio eius super celum et
terram: et exaltavit cornu
populi sui Ymnus omnibus
sanctis eius: filiis israel populo
cxlix appropinquanti sibi Cantate
domino canticum novum: la
us eius in ecclesia sanctorum
Letetur israel in eo qui fecit
eum et filie syon exultent
in rege suo Laudent
nomen eius in choro: in tym
pano et psalterio psallant
ei Quia beneplacitum est domino
in populo suo: et exaltavit
mansuetos in salutem Ex
ultabunt sancti in gloria: letabuntur
in cubilibus suis Exul

~~tabunt sancti in gloria~~
~~letabuntur in cubilibus~~
suis Exultaciones dei in
gutture eorum et gladii an
cipites in manibus eorum
Ad faciendam vindictam in
nacionibus: increpaciones in
populis Ad alligandos re
ges eorum in compedibus et no
biles eorum in manicis fer
reis Ut faciant in eis iu
dicium conscriptum: gloria hec
est omnibus sanctis eius Lau
date dominum in sanctis eius
laudate eum in firma
mento virtutis eius Lau
date in virtutibus eius: lau
date eum secundum multitudi
nem magnitudinis eius
Laudate eum in sono tube:
laudate eum in psalterio et cy
thara Laudate eum in tym
pano et choro: laudate eum
in cordis et organo Lau
date eum in cymbalis bene
sonantibus: laudate eum in
cymbalis iubilacionis omnis
spiritus laudet dominum Gloria patri
Confitebor Canticum
tibi domine quoniam iratus Ysaie 12°
es mihi conversus est furor
tuus et consolatus es me
Ecce deus meus salvator
meus fiducialiter agam et
non timebo Quia fortitu
do mea et laus domini: et factus mea
est michi in salutem Hau
rietis aquas de fontibus sal in gaudio
vatoris et dicetis in illa die
confitemini domino: et invocate
~~nomen~~ nomen eius No

Notas facite in populis adin-
ventiones eius: mementote
quoniam excelsum est nomen eius
Cantate domino quoniam magnifi-
ce fecit: annunciate hoc in
universa terra Exulta et lau-
da habitatio syon: quia ma-
gnus in medio tui sanctus
israhel Gloria patri ps.

[oro Ezechie regis ysaie xxxviii]

Ego dixi in dimidio
dierum meorum vadam
ad portas inferi quesivi
residuum annorum meorum Di-
xi non videbo dominum deum
meum in terra viventium non
aspiciam hominem ultra et habi-
tatorem quietis Generatio
mea ablata est: et convoluta est
a me quasi tabernaculum pa-
storum Precisa est velud a te-
xente vita mea dum ad-
huc ordirer succidit me:
de mane usque ad vesperam fi-
nies me Sperabam usque
ad mane: quasi leo sic contrivit
omnia ossa mea De mane
usque ad vesperam finies me
sicut pullus hirundinis sic
clamabo meditabor ut co-
lumba Attenuati sunt oculi
mei suspicientes in excelso
Domine vim pacior responde
pro me quid dicam aut quid
respondebit michi cum ipse fecerim
Recogitabo tibi omnes an-
nos meos: et in amaritudi-
ne anime mee Domine si sic vi-
vitur et in talibus vita spiritus
mei corripies me et vivifi-
cabis me ecce in pace ama-
ritudo mea amarissima
Tu autem eruisti animam meam
ut non periret: proiecisti post
tergum tuum omnia peccata mea Quia
non infernus confitebitur tibi
neque mors laudabit te: non ex-
pectabunt qui descendunt [in lacum veritatem tuam]
Vivens vivens ipse confite-
bitur tibi sicut et ego ho-
die: pater filiis notam faciet
veritatem tuam Domine salvum
me fac et psalmos nostros
cantabimus cunctis diebus vi-
te nostre in domo domini Gloria

[oro Anne I Re ii]

Exultavit cor meum
in domino: et exaltatum
est cornu meum in deo
meo Dilatatum est os meum
super inimicos meos: quia
letata sum in salutari tuo Non
est sanctus ut dominus neque enim
est alius extra te: non est for-
tis sicut deus noster Nolite
multiplicare loqui sublimia
gloriantes Recedat vetera de
ore vestro quia scientiarum dominus est
et ipsi preparantur cogitationes
Arcus fortium superatus est
et infirmi accincti sunt robo-
re Repleti sunt prius pro pani-
bus se locaverunt et famelici
saturati sunt Donec sterilis
peperit plurimos: et que multos
habebat filios infirmata est Dominus
mortificat et vivificat: de-
ducit ad inferos et reducit
Dominus pauperem facit et ditat
humiliat et sublimat Suscita-
tans de terra egenum et de ster-
core erigens pauperem Ut
sedeat cum principibus: et soli-
um glorie teneat Domini sunt
cardines terre et posuit super
eos orbem Pedes sanctorum suorum
servabit et impii in tenebris

conticescet: quia non fortitudine sua roborabitur vir. Dominum formidabunt omnes adversarii eius: et super ipsos in celis tonabit. Dominus iudicabit fines terre: et dabit imperium regi suo et sublimabit cornu christi sui. Canticum

Cantemus domino gloriose enim honorificatus est: equum et ascensorem proiecit in mare. Fortitudo mea et laus mea dominus et factus est michi in salutem. Iste deus meus et glorificabo eum deus patris mei et exaltabo eum. Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius: currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. Electi principes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerunt eos descenderunt in profundum quasi lapis. Dextera tua domine magnificata est in fortitudine dextera tua percussit inimicum: in multitudine glorie tue deposuisti inimicos tuos et adversarios meos. Misisti iram tuam que devoravit eos sicut stipulam: in spiritu furoris tui congregate sunt aque. Stetit unda fluens congregate sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus persequar et comprehendam dividam spolia et implebitur

anima mea. Evaginabo gladium meum: et interficiet eos manus mea. Flavit spiritus tuus et operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Quis similis tui in fortibus domine quis similis tui magnificus in sanctitate terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia. Extendisti manum tuam: et devoravit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua: populo quem redemisti et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum. Ascenderunt populi et irati sunt dolores obtinuerunt habitatores philistiim. Tunc conturbati sunt principes edom: robustos moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores chanaan. Irruat super eos formido et pavor: in magnitudine brachii tui. Fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus iste quem redemisti. Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine. Sanctuarium tuum domine quod firmaverunt manus tue: dominus regnabit in eternum et ultra. Ingressus est enim eques pharao cum curribus et equitibus eius in mare: et re-

reduxit super eos dominus aquas
maris. Filii autem israel am-
bulaverunt per siccum in medio
eius. Gloria patri. Canticum

abacuc iij

Domine audivi audi-
tionem tuam: et timui. Domine
opus tuum in medio an-
norum vivifica illud. In
medio annorum notum faci-
es: cum iratus fueris misericordie recorda-
beris. Deus ab austro veniet et sanctus
de monte pharan. Operuit
celos gloria eius et lau-
dis eius plena est terra. Splen-
dor eius ut lux erit cor-
nua in manibus eius. I-
bi abscondita est fortitudo
eius: ante faciem eius ibit
mors. Et egredietur diabolus
ante pedes eius. Stetit et
mensus est terram. Aspexit et
dissolvit gentes et contriti
sunt montes seculi. Incur-
vati sunt colles mundi ab
itineribus eternitatis eius.
Pro iniquitate vidi ten-
toria ethiopie turbabuntur
pelles terre madian. Numquid
in fluminibus iratus es domine:
aut in fluminibus furor tuus
vel in mari indignatio tua.
Qui ascendis super equos tuos
et quadrige tue salvatio.
Suscitans suscitabis ar-
cum tuum iuramenta tribubus
que locutus es. Fluvios
scindes terre viderunt te et
doluerunt montes gurges
aquarum transiit. Dedit abyssus
vocem suam: altitudo ma-
nus suas levavit. Sol et lu-
na steterunt in habitaculo suo

in luce sagittarum tuarum ibunt
in splendore fulgurantis has-
te tue. In fremitu conculcabis
terram in furore obstupefa-
cies gentes. Egressus es
in salutem populi tui in salutem
cum christo tuo. Percussisti caput
de domo impii denudasti fun-
damentum eius usque ad collum.
Maledixisti sceptris eius
capita bellatorum venientibus
ut turbo ad dispergendum me.
Exultatio eorum: sicut eius
qui devorat pauperem in ab-
scondito. Viam fecisti in ma-
ri equis tuis in luto aquarum
multarum. Audivi et conturbatus
est venter meus a voce con-
tremuerunt labia mea. In-
grediatur putredo in ossibus
meis: et subter me scateat. Ut
requiescam in die tribulationis
ut ascendam ad populum accinctum
nostrum. Ficus enim non flo-
rebit et non erit germen in
vineis. Mentietur opus
olive et arva non afferent
cibum. Abscindetur de ovili
pecus: et non erit armentum
in presepibus. Ego autem in domino
gaudebo: et exultabo in deo
ihesu meo. Deus dominus forti-
tudo mea: et ponet pedes
meos quasi cervorum. Et super
excelsa mea deducet me
victor in psalmis canentem.

Deuteronomii xxxij canticum moysi

Audite celi Canticum ...
que loquor: audi-
at terra verba oris mei.
Concrescat ut pluvia doc-

trina mea fluat ut ros elo-
quium meum Quasi ymber su-
per herbam et quasi stil-
le super gramina: quia no-
men domini invocabo Date
magnificenciam deo nostro dei
perfecta sunt opera: et omnes
vie eius iudicia Deus fide-
lis et absque ulla iniquitate
iustus et rectus peccaverunt
ei et non filii eius in sordibus
Generacio prava atque perversa
hecine reddis domino popule stulte
et insipiens Numquid non
ipse est deus tuus qui pos-
sedit et fecit et creavit te Me-
mento dierum antiquorum: cogi-
ta generaciones singulas In-
terroga patrem tuum et annunciabit
tibi maiores tuos et dicent
tibi Quando dividebat alti-
ssimus gentes quando separabat
filios adam Constituit ter-
minos populorum iuxta
numerum filiorum israel Pars autem
domini populus eius: iacob funi-
culus hereditatis eius Inve-
nit eum in terra deserta: in lo-
co horroris et vaste solitu-
dinis Circumduxit eum et do-
cuit: et custodivit quasi pu-
pillam oculi sui Sicut aqui-
la provocans ad volandum pul-
los suos et super eos volitans
Expandit alas suas et
assumpsit eos atque portavit
in humeris suis Dominus solus
dux eius fuit: et non erat cum
eo deus alienus Constitu-
it eum super excelsam terram

ut comederet fructus agrorum
Ut sugeret mel de petra:
oleumque de saxo durissimo
Butyrum de armento et lac
de ovibus cum adipe agnorum
et arietum filiorum basan
Et hyrcos cum medulla
tritici: et sanguinem uve bi-
berent meracissimum mera-
cissimum Incrassatus est
dilectus et recalcitravit: incras-
satus impinguatus dilatatus
Dereliquit deum factorem suum
et recessit a deo salutari suo
Provocaverunt eum in diis
alienis et in abhominacioni-
bus ad iracundiam concitaverunt
Immolaverunt demoniis
et non deo diis quos ignora-
bant Novi recentesque ve-
nerunt quos non coluerunt
patres eorum Deum qui te genu-
it dereliquisti et oblitus es
domini creatoris tui Vidit do-
minus et ad iracundiam conci-
tatus est quia provocaverunt
eum filii et filie sue Et ait
Abscondam faciem meam
ab eis et considerabo novis-
sima eorum Generacio enim per-
versa est: et infideles filii
Ipsi me provocaverunt in
eo qui non erat deus: et irri-
taverunt in vanitatibus suis
Et ego provocabo eos in eo
qui non est populus et in
gente stulta irritabo il-
los Ignis succensus est in
furore meo et ardebit usque
ad inferni novissima ~~Devo-~~
~~rabitque terram cum germine suo~~

Devorabitque terram cum germine suo: et moncium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala: et sagittas meas complebo in eis. Consumentur fame: et devorabunt eos aves morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahencium super terram atque serpencium. Foris vastabit eos gladius: et intus pavor iuvenem simul ac virginem: lactantem cum homine sene. Et dixi ubi nam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Sed propter iram inimicorum distuli ne forte superbirent hostes eorum. Et dicerent manus nostra excelsa et non dominus fecit hec omnia. Gens absque consilio est et sine prudencia: utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent. Quomodo persequebatur unus mille: duo fugarent decem milia. Nonne ideo quia deus suus vendidit eos: et dominus conclusit illos. Non enim est deus noster ut dii eorum: et inimici nostri sunt iudices. De vinea sodomorum vinea eorum et de suburbanis gomorre. Uva eorum uva fellis: et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile. Nonne hec condita sunt apud me et signata in thezauris meis. Mea est ulcio et ego retribuam eis in tempore ut labatur pes eorum. Iuxta est dies perdicionis: et adesse festinant tempora. Iudicabit dominus populum suum miserebitur et in servis suis deprecabit. Videbit quod infirmata sit manus et clausi quoque defecerunt residuique consumpti sunt. Et dicet ubi sunt dii eorum: in quibus habebant fiduciam. De quorum victimis comedebant adipes: et bibebant vinum libaminum. Surgant vobis et opitulentur et in necessitate vos protegant. Videte quod ego ~~sum~~ sim solus et non est alius deus preter me. Ego occidam et ego vivere faciam: percuciam et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere. Levabo ad celum manum meam: et dicam vivo ego in eternum. Si acuero ut fulgur gladium meum: et arripuerit iudicium manus mea. Reddam ulcionem hostibus meis: et hiis qui oderunt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine: et gladius meus devorabit carnes. De cruore occisorum et de captivitate nudati inimicorum capitis. Laudate gentes populum eius quia sanguinem servorum suorum ulciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum et propicius erit terre populi sui.

Benedicite omnia opera domini domino laudate et

exaltate eum in secula. Bene-
dicite angeli domini domino: benedi-
cite celi domino. Benedicite aque
omnes que super celos sunt domino
benedicite omnes virtutes domini domino. B-
enedicite sol et luna domino benedicite
stelle celi domino. Benedicite
omnis ymber et ros domino.
domino benedicite omnes spiritus dei. Benedicite ignis
et estus domino. benedicite frigus et e-
status domino. Benedicite rores et
pruina domino: benedicite gelu et fri-
domino gus. Benedicite glacies et nives
domino: benedicite noctes et dies
domino. Benedicite lux et tenebre
domino: benedicite fulgura et nubes domino.
Benedicat terra dominum laudet
et super exaltet eum in secula. B-
enedicite montes et colles
domino. benedicite universa germinancia
in terra domino. Benedicite fontes
domino: benedicite maria et flumina
domino. Benedicite cete et omnia que
moventur in aquis domino. Be-
nedicite omnes volucres ce-
li domino. Benedicite omnes bestie et
pecora domino: benedicite filii hominum
domino. Benedicat Israel dominum:
laudet et super exaltet eum in
secula. Benedicite sacerdotes
domini domino: benedicite servi domini domino. Benedicite
spiritus et anime iustorum domino benedicite sancti
et humiles corde domino. Benedicite
anania azaria misael
domino laudate et super exaltate
eum in secula. Benedicamus
patrem et filium cum sancto spiritu laude-
mus et super exaltemus eum in se-
cula. Benedictus es domine in fir-
mamento celi laudemus et super
exaltemus eum in secula. Benedi-
cat et custodiat nos preciug

Te deum laudamus te
dominum confitemur. Te eternum
patrem omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli tibi celi
et universe potestates. Tibi cheru-
bin et seraphin incessa-
bili voce proclamant. Sanctus
Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth
Pleni sunt ~~terra~~ celi et terra maiestatis glorie tue
Te gloriosus apostolorum chorus
Te prophetarum laudabilis numerus
Te martyrum candidatus laudat exercitus
Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia
Patrem inmense maiestatis
Venerandum tuum verum et unicum filium
Sanctum quoque paraclitum spiritum
Tu rex glorie christe. Tu pa-
tris sempiternus es filius
Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti virginis uterum
Tu devicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna celorum
Tu ad dexteram dei sedes in gloria patris
Iudex crederis esse venturus
Te ergo quesumus famulis tuis subve-
ni quos precioso sanguine redemisti
Eterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari
Salvum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue
Et rege eos et extolle illos usque in eternum
Per singulos dies benedicimus te
Et laudamus nomen tuum in seculum et in seculum seculi
Dignare domine die isto sine peccato nos custodire
Miserere nostri domine miserere nostri
Fiat misericordia tua domine super nos quemadmodum speravimus in te
In te domine speravi non confundar in eternum
Benedictus dominus deus
Israel quia visitavit
et fecit redempcionem
plebis sue. Et erexit
cornu salutis nobis in

in domo david pueri sui
Sicut locutus est per os sanctorum [qui a seculo sunt prophetarum eius]
Salutem ex inimicis nostris et
de manu omnium qui oderunt nos
Ad faciendam misericordiam cum pa-
tribus nostris et memorari testa-
menti sui sancti. Iusiurandum
quod iuravit ad abraham
patrem nostrum daturum se nobis
Ut sine timore de manu
omnium inimicorum nostrorum liberati
serviamus illi. In sanctitate
et iustitia coram ipso omnibus
diebus nostris. Et tu puer
propheta altissimi vocaberis
preibis enim ante faciem domini pa-
rare vias eius. Ad dandam
scientiam salutis plebi eius in
remissionem peccatorum eorum. Per
viscera misericordie dei nostri in quibus
visitavit nos oriens ex alto
Illuminare his qui in tene-
bris et in umbra mortis se-
dent ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis. Gloria
Magnificat anima mea dominum
Et exultavit spiritus meus in deo salutari meo
Quia respexit humilitatem
Quia fecit michi magna
Et misericordia eius a progenie
Fecit potentiam in brachio
Deposuit potentes de sede
Esurientes implevit bonis
Suscepit israel puerum suum recor[datus]
Sicut locutus est ad patres nostros
Gloria patri et filio et spiritui
Nunc dimittis servum tuum
domine secundum verbum tuum in pace
Quia viderunt oculi mei salutare tuum
Quod parasti ante faciem omnium po[pulorum]
Lumen ad revelationem gentium
et gloriam plebis tue ysrahel

ancille sue ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes
quia potens est et sanctum nomen eius
progenies timentibus eum
sua ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes
et exaltavit humiles
et divites dimisit inanes
datus misericordie sue
abraham et semini eius in secula
Gloria Sicut erat

An. Ne reminiscaris domine delicta nostra
vel parentum nostrorum neque vin[dictam]
Kyrieleyson. Xpe eleyson. Kyrieleyson
Pater de celis deus miserere nobis
Fili redemptor mundi deus miserere
Spiritus sancte deus miserere nobis
Sancta trinitas unus deus miserere
Sancta maria Ora pro nobis
Sancta dei genitrix ora pro nobis
Sancta virgo virginum Ora
Sancte Michael Ora
Sancte Gabriel Ora
Sancte Raphael Ora
Omnes sancti angeli et archangeli
Sancte Iohannes baptista Ora
Omnes sancti patriarche et prophete
Sancte Petre Ora
Sancte Paule Ora
Sancte Andrea Ora
Sancte Iacobe Ora
Sancte Iohannes ewangelista Ora
Sancte Thoma Ora
Sancte Iacobe Ora
Sancte Philippe Ora
Sancte Bartholomee Ora
Sancte Matthee Ora
Sancte Symon Ora
Sancte Mathia Ora
Sancte Luca Ora
Sancte Marce Ora
Omnes sancti apostoli et ewangeliste Orate
Omnes sancti discipuli domini Orate
Sancte Stephane Ora
Sancte Laurenti Ora
Sancte Vincenti Ora
Sancte Clemens Ora
Sancte Syxte Ora
Sancte Marcelle Ora
Sancte Urbane Ora
Sancte Fabiane Ora

Sancte Sebestiane … Ora
Sancte longine … Ora
Sancte Castule … Ora
Sancte Georgi … Ora
Sancte Thodore … Ora
Sancte Nicodeme … Ora
Sancte Blasi … Ora
Sancte petre … Ora
Sancte floriane Ora
Sancte Wenceslae … Ora
Sancte Stanislae … Ora
Sancte Adalberte … Ora
Sancte valentine … Ora
Sancte Jodoce … Ora
Sancte Conrade … Ora
Sancte Odalrice … Ora
Sancte Erasme … Ora
Omnes sancti martires Orate
Sancti Cirille et metude Orate
Sancti quadraginta martires O
Sancti Cosma et damiane O
Sancti Gervasi et prothasi O
Sancti decem milia martyrum O
Omnes sancti martires Orate
Omnes sancti innocentes Ora
Sancte silvester … Ora
Sancte leo … Ora
Sancte Gregori … Ora
Sancte Nicolae … Ora
Sancte Martine … Ora
Sancte Augustine … Ora
Sancte Ambrosi … Ora
Sancte Jeronime … Ora
Sancte Bernharde … Ora
Sancte Norperti … Ora
Sancte Wladislae … Ora
Sancte Egidi … Ora
Sancte Anthoni … Ora
Sancte Benedicte … Ora
Sancte ffrancisce … Ora

Sancte leonarde … Ora
Sancte Allexi … Ora
Omnes sancti confessores Ora
Omnes sancti monachi et heremite
Sancta maria magdalena
Sancta maria egipciaca Ora
Sancta felicitas … Ora
Sancta petua … Ora
Sancta katherina … Ora
Sancta dorothea … Ora
Sancta Barbara … Ora
Sancta margaretha … Ora
Sancta Agnes … Ora
Sancta Agatha … Ora
Sancta lucia … Ora
Sancta Anastasia … Ora
Sancta Sophia … Ora
Sancta Scolastica … Ora
Sancta Otthilia … Ora
Sancta Clara … Ora
Sancta spes … Ora
Sancta fides … Ora
Sancta karitas … Ora
Sancta Gertrudis … Ora
Sancta Brigitta … Ora
Sancta petua et felicitas O
Sancta Sabbina … Ora
Sancta hedwigis … Ora
Sancta Elizabeth … Ora
Sancta Anna … Ora
Sancta Ursula … Ora
Sancta Cordula … Ora
Sancta Martha … Ora
Sancta ludmilla … Ora
Sancta Appolonia Ora
Omnes sancte virgines et vidue
Omnes sancti et sancte Ora
Propicius esto / parce
Propicius esto exaudi
Propicius esto / libera

Ab omni malo libera nos domine
Ab ira tua — li-
A subitanea et eterna morte
Ab insidijs dyaboli libera
Ab ira et odio et ab omni mala
A spiritu fornicationis et luxurie
Ab appetitu inanis glorie —
A fulgure et tempestate —
A morte perpetua — libera
Per misterium sancte incarnationis
Per adventum tuum — libera
Per nativitatem tuam — libera
Per baptismum tuum libera
Per crucem et passionem tuam li-
Per mortem et sepulturam tuam
Per sanctam resurrectionem tuam
Per admirabilem ascensionem
Per adventum spiritus sancti paracliti
In die iudicij — libera
Peccatores te rogamus audi
Ut pacem et concordiam nobis
Ut ad veram penitentiam nos per-
ducere digneris Te roga
Ut ecclesiam tuam pacificare
et conservare digneris
Ut domnum apostolicum et omnes
ecclesiasticos ordines in sancta
religione conservare digneris
Ut regibus et principibus
christianis pacem et concordiam
Ut cuncto populo christiano pa-
cem et concordiam donare digneris
Ut nos metipsos in tuo sancto
servicio conservare digneris
Ut omnibus benefactoribus nostris
sempiterna bona retribuas
Ut fructus terre dare et conserva
Ut omnibus fidelibus defunctis
Ut nos exaudire digneris
Fili dei te rogamus audi
Agnus dei te rogamus
Agnus dei qui tollis

Agne dei qui tollis Ex
Kyrieleison Christeleison Christe
audi nos Pater noster Et ne
nos inducas Sed libera nos
Ego dixi domine Sana animam
Peccavimus cum patribus nostris In-
Domine non secundum peccata nostra fa-
cias nobis neque secundum
iniquitates nostras retribu-
as nobis Domine ne me-
mineris iniquitatum nostrarum
antiquarum cito anticipent
nos misericordie tue quia pauperes
facti sumus nimis Adiuva
nos deus salutaris noster et propter
gloriam nominis tui domine li-
bera nos et propicius esto pecca-
tis nostris propter nomen sancti
tui Esto nobis domine turris
fortitudinis A facie inimici
Deus in adiutorium meum psalmus ps
Inclina domine aurem psalmus
Isti duo psalmi debent legi
Exurge christe adiuva nos
Domine deus virtutum converte
Ostende faciem tuam et salvi
Domine exaudi orationem meam
Dominus vobiscum Et cum spiritu
Parce domine parce pec-
catis nostris et quamvis
incessabiliter delinquentibus
continua pena debeatur:
presta quesumus ut quod ad perpetuum
meremur exitium transeat ad
nostre correctionis auxilium
Omnipotens sempiterne deus
dirige actus nostros in bene-
placito tuo ut in nomine di-
lecti filij tui mereamur bonis
operibus habundare per x

Deus cui omne cor patet
et omnis voluntas loqui-
tur atque nullum latet secre-
tum purifica per infusionem
sancti spiritus cogitationes cor-
dis mei ut te perfecte dilige-
re et digne laudare merear

Omnipotens sempiterne
deus respice dignare
super apostolicam dignitatem atque
super diversos gradus ecclesia-
sticos ut pateat a te univer-
sa sunt creata sic a te
universi in suo ordine
dirigantur per christum

Omnipotens sempiterne deus
qui facis mirabilia
magna solus pretende super
famulum tuum pontificem
nostrum B. O. et super congre-
gaciones cunctas congregaciones
sibi commissas spiritum gracie sa-
lutaris ut in veritate tibi com-
placeat perpetuum eis rorem
tue benedictionis infunde

Quesumus omnipotens deus
ut famulus tuus
rex noster qui tua miseracione
suscepit regni gubernacula
virtutum eciam omnium a te per-
cipiat incrementa quibus decenter
ornatus et viciorum monstra
devitare et hostes superare
valeat et ad te qui via veri-
tas et vita es graciosus va-
leat pervenire per christum

Parce domine parce pec-
catis nostris et populo tuo
ut dignis flagellacionibus
castigatus in tua miseracione
respiret per christum

Deffende quesumus domine
beata maria semper virgine
istam ab omni adversitate
congregacionem et tibi toto
corde devotam ab hostium
tuere clementer insidiis

Deus qui iustificas
impium et non vis mor-
tem peccatorum maiestatem
tuam suppliciter deprecamur
ut fideles tuos de tua
misericordia confidentes celesti
protegas benignus auxilio
et assidua proteccione con-
serves ut tibi iugiter fa-
mulentur et nullis temp-
tacionibus a te separentur

Deus qui caritatis dona
per graciam sancti spiritus
tuorum cordibus fidelium
infundis da famulis et fa-
mulabus tuis pro quibus tu-
am deprecamur clemenciam
salutem mentis et corporis
ut te tota virtute diligant
et que tibi placita sunt
tota dileccione perficiant per

Deus pacis caritatisque
amator et custos da
inimicis nostris pacem cari-
tatemque veram cunctorumque eis
tribue remissionem peccatorum

nostris ab eorum insidiis poten-
ter eripe. Per xpm. Pro pace oracio

Deus a quo sancta deside-
ria recta consilia et
iusta sunt opera da seruis
tuis illam quam mundus
non potest dare pacem ut
corda et corpora nostra manda-
tis tuis dedita et hostium
sublata formidine tempora
sint in tua protectione tranquilla

Omnipotens mitissime
deus qui sicienti
populo fontem aque viuen-
tis de petra produxisti
educ de cordibus nostris du-
riciam compunctionis lacri-
mas ut peccata nostra plan-
gere valeamus remissionem-
que te miserante peccatorum
percipere mereamur. Per

Omnipotens sempiterne deus
salus eterna creden-
cium exaudi nos pro infirmis
famulis et famulabus tuis
pro quibus misericordie tue im-
ploramus auxilium ut red-
dita eis sanitate gratiarum tibi
in ecclesia tua referent
actiones. Per xpm. Oracio

Omnipotens sempiterne deus me-
storum consolacio la-
borancium fortitudo perue-
niat ad te preces nostre
de quacunque tribulacione cla-
mancium ut omnes sibi in
necessitatibus suis misericordiam
tuam gaudeant affuisse. Per

Adesto domine supplica-
cionibus nostris et viam
fidelium tuorum in salutis tue
prosperitate dispone ut inter
omnes vie et vite huius va-
rietates tuo semper protegantur
auxilio. Per. Oracio

Absolue quesumus domine a-
nimas omnium fidelium
defunctorum ab omni vinculo
delictorum ut in resurreccionis
gloria inter sanctos tuos resusci-
tati respirent. Oracio

Concede quesumus omnipotens
deus ut sancta dei ge-
nitrix virgo semper maria
sanctique tui apostoli et ewangeliste
innocentes martires con-
fessores virgines atque
omnes sancti quorum reliquie
in ista continentur ecclesia
continentur patrocinia
eorum nos ubique adiuuent
quatenus hic in illorum presenti suf-
fragio tranquilla pace in
tua iugiter laude letemur

Omnipotens sempiterne deus qui
viuorum simul et mor-
tuorum omnium misereris quos
fide et opere futuros esse pre-
noscis te suppliciter exoramus
ut pro quibus preces effundere

decreuimus quorum uel prius
seculum adhuc in carne re
tinet uel futurum iam exu
tos corpore suscepit prece
tue clemencia delictorum
suorum veniam et gaudia
consequi mereantur eterna per
Deinde Salue cum colecta
P vespere vigiliarum mortuorum
Placebo domino in regione
vivorum Dilexi quoniam
Heu me quia incolatus meus
prolongatus est Ad dominum Dominus
custodit te ab omni malo cu
stodiat animam tuam dominus Secundum
Si iniquitates observaveris
domine domine quis sustinebit
De profundis // Opera ma-
nuum tuarum ne despicias Con-
fitebor tibi Audivi vocem
Omne quod dat michi pater
veniat ad me veniat ad
eum qui venit ad me non
eiciam foras // Collecta si pla-
cet per Claudia mea mea
Partem beate resurrectionis
Circumdederunt me gemitus
mortis dolores inferni circum-
dederunt me Venite exultemus
Dirige domine deus meus in
conspectu tuo viam meam
Verba mea // Convertere domine
et eripe animam meam quoniam
non est in morte qui memor
sit tui Domine ne in furore
Nequando rapiat ut leo
animam meam dum non est qui re
dimat neque qui salvum fa-
ciat Domine deus meus Dirige

Parce michi domine nichil
enim sunt dies mei
Quid est homo quia
magnificas eum aut
quid apponis erga eum
cor tuum Visitas eum dilu
culo et subito probas illum
Usquequo non parcis
michi nec dimittis me
ut gluciam salivam meam
peccavi Quid faciam tibi
o custos hominum Quare me
posuisti contrarium tibi et
factus sum michimet ipsi gravis
Cur non tollis peccatum meum
et quare non aufers iniqui-
tatem meam Ecce nunc in
pulvere dormio et si ma-
ne me quesieris non subsistam
Credo quod redemptor
meus vivit et in novis-
simo die de terra surrecturus
sum et in carne mea vide-
bo deum Salvatorem meum
Quem visurus sum ego ipse et
non alius et oculi mei con-
specturi sunt Salvatorem
Tedet animam meam vi-
te mee dimittam
adversum me eloquium
meum loquar in amaritu-
dine anime mee dicam deo no-
li me condempnare Iu-
dica michi cur me ita iudi-
ces Numquid bonum tibi
videtur si calumpnieris me
et opprimas me opus ma-
nuum tuarum et consilium im-
piorum adiuves Numquid

oculi carnei tibi sunt. aut
sicut videt homo et tu vi-
debis. Numquid sicut dies ho-
minis dies tui. et anni tui sic-
ut humana sunt tempora. ut queras
iniquitatem meam et peccatum
meum scruteris. Et scias quia
nichil impium fecerim. cum
sit nemo qui de manu
tua possit eruere. Qui la-
zarum de resuscitasti a monu-
mento fetidum. tu eis domine do-
na requiem et locum indulgencie
Qui venturus es iudicare vi-
vos et mortuos et seculum per ignem
Manus tue domine fece-
runt me et plas-
maverunt me totum
in circuitu. et sic repente
precipitas me. Memento
queso quod sicut lutum feceris me
et in pulverem reduces me.
Nonne sicut lac mulsisti
me. et sicut caseum me
coagulasti. Pelle et carne
vestisti me. ossibus et ner-
vis compegisti me. Vitam
et misericordiam tribuisti michi
et visitacio tua custodivit
spiritum meum. Domine quando veneris
iudicare terram ubi me ab-
scondam a vultu ire tue quia pec-
cavi nimis in vita mea. Commis-
sa mea domine pavesco et ante te
erubesco dum veneris iudicare
noli me condempnare. Ra
In loco pascue ibi me collocavit
Dominus regit me. Delicta iuven-
tutis mee et ignorancias meas
ne memineris domine. Ad te domine le
Credo videre bona domini in terra vi-
vencium. Dominus illuminacio mea

Responde v Delicta iuve
michi quantas habeo
iniquitates et peccata:
scelera mea atque delicta
ostende michi. Cur faciem tuam
abscondis: et arbitraris me in-
imicum tuum. Contra folium
quod vento rapitur. ostendis fa-
cie tua potenciam tuam: et sti-
pulam tuam persequeris siccam
persequeris. Scribis enim contra
me amaritudines: et consumere
me vis peccatis adolescencie
mee. Posuisti in cippo nervo
pedem meum. et observasti
omnes semitas meas: et ve-
stigia pedum meorum considerasti
Qui sicut putredo consumendus
sum et quasi vestimentum quod co-
meditur a tinea. Heu michi
domine quia peccavi nimis in vita
mea quid faciam miser ubi fu-
giam nisi ad te deus meus mi-
serere mei dum veneris in novissimo
die. Anima mea turbata est valde
sed tu domine succurre ei. Dum veneris
Homo natus de mulie-
bri vivens tempore. re-
pletur multis miser-
iis. Qui quasi flos egredi-
tur et conteritur et fugit velud
umbra: et numquam in eodem statu
permanet. Et dignum ducis super huius-
cemodi aperire oculos tuos
et adducere eum tecum in iudicium.
Quis potest facere mundum de inmundo
conceptum semine. Nonne tu
qui solus es. Breves di-
es hominis sunt: numerus mensium

apud te est. Constituisti ter-
minos eius qui preteriri non
poterunt. Recede ergo pau-
lulum ab eo ut quiescat donec
optata veniat sicut mer-
cenarii dies eius. Ne recor-
deris peccata mea domine dum veneris
iudicare seculum per ignem. Di-
rige domine deus meus in conspectu
tuo viam meam. Dum veneris
Quis michi hoc tribuat ut in
inferno protegas me et
abscondas me donec
pertranseat furor tuus et
constituas michi tempus in quo
recorderis mei. Putas-
ne mortuus homo rursum
vivat. Cunctis diebus
quibus nunc milito expecto
donec veniat immutacio mea.
Vocabis me et ego respondebo
tibi. Operi manuum tuarum
porriges dexteram tu quidem
gressus meos dinumerasti
sed parce peccatis meis. ~~Peccan-~~
tem me cottidie et non me peni-
tentem timor mortis conturbat
me ~~quia in inferno~~ nulla est
redempcio miserere mei deus et
salva me. Deus in nomine tuo
salvum me fac et in virtute tua li-
bera me. Quia in inferno nulla
Non delinquas me domine deus
meus ne discesseris a me ~~domi-~~
~~ne in furore tuo~~ Sana
domine animam meam quia peccavi
tibi ~~Beatus qui intelligit~~ Sitivit
anima mea ad deum vivum quando veni-
am et apparebo ante faciem dei.
~~Quemadmodum desiderat~~
Anima mea tibi ~~Sed tu domine~~

Spiritus meus attenua-
bitur, dies mei bre-
viabuntur et solum
michi superest sepulcrum.
Non peccavi et in amari-
tudinibus moratur oculus
meus. Libera me domine et
pone me iuxta te et cuius-
vis manus pugnet contra
me. Dies mei transierunt
cogitaciones mee dissipate
sunt torquentes cor meum.
Noctem verterunt in diem
et rursum post tenebras
spero lucem. Si sustinuero
infernus domus mea est et
in tenebris stravi lectu-
lum meum. Putredini dixi
pater meus es mater mea
et soror mea vermibus. Ubi
est ergo nunc prestolacio mea
et paciencia mea. Tu es domine
deus meus. Redemptor
meus vivit et in novissimo resur-
gam ~~et renovabuntur~~ denuo
ossa mea et in carne mea vi-
debo deum meum. Lauda anima
mea dominum laudabo dominum in
vita mea psallam deo meo quam-
diu ero. ~~Et renovabuntur~~

Pelli mee consumptis car-
nibus adhesit os me-
um et derelicta sunt
tantummodo labia mea circa
dentes meos. Miseremini mei
miseremini saltem vos ami-
ci mei quia manus domini
tetigit me. Quare me perse-
quimini sicut deus et carni-
bus meis saturamini. Quis
michi tribuat ut scribantur
sermones mei. Quis michi

inctis dent ut exarentur i
libro stilo ferreo ul' plu
bilamina · ul' celte sculpa
tur in silice. Scio enim quod
redemptor meus vivit. et
i novissimo die de terra sur
recturus sum. et rursum cir
cundabor pelle mea et in
carne mea videbo deum
salvatorem meum. quem vi
surus sum · ego ipse et ocli
mei conspecturi sunt. et no
alius reposita e hec spes
mea in sinu meo. Libera
me domine de viis inferi
~~qui portas~~ ereas confregi
sti et ~~visitasti~~ visitasti i fernum
et dedisti eis lumen ut viderent
te qui erant in penis tenebra
rum Clamantes et dicentes et
venisti redemptor noster qui

Quare de vulva eduxisti
me me · qui utinam
consumptus essem ne
oculus me videret · fuis
sem quasi non essem de utero
translatus ad tumulum. Nunquid
non paucitas dierum meorum
finietur brevi. Dimitte
ergo ut plangam paulu
lum dolorem meum antequam
vadam et non revertar ad terram
tenebrosam et opertam mor
tis caligine Terram mi
serie et tenebrarum ubi um
bra mortis et nullus or
do sed sempiternus horror in
habitat ubi mortui cum in
dno moriuntur. Libera me
dne de morte eterna in die il
la tremenda ~~quando celi~~
movendi sunt et terra Dies

illa dies ire dies calamitatis
et miserie dies magna et amara
valde ~~Quando~~ laudes &c

Exultabunt dno ossa humi
liata ~~Miserere~~ Exaudi
deus orationem meam ad te omnis
caro veniat ~~Te decet~~ Me sus
cepit dextera tua dne Deus
~~deus meus~~ A porta inferi erue
domine animas eorum ~~Ego sum~~
Omnis spiritus laudet dnm Lau
date dnm de celis In memoria
eterna Ab auditione Ego sum
resurrectio et vita qui credit i me
etiam si mortuus fuit vivet et
omnis qui vivit et credit in me
non morietur ~~Benedictus~~ Kyrie
eleyson Xpe exaudi nos Pater
Et ne nos inducas Oremus

Parte beate resurrectionis
obtineant vitamque eter
nam mereantur habere cum
sanctis et celis per te ihesu xpe
Lauda anima mea dnm
A porta inferi erue dne animas eorum
Credo videre bona dni In terra vi
In memoria eterna erunt iusti
Ab auditione mala non timebit

Quesumus omnipotens deus ut fa
mulo tuo N. cuius obitus
sui diem primum 2m et 3m quem
modumque · sanctorum atque electorum tuorum
a libano veniet et sanctus de monte um-
broso et condenso Et erit lectio
Et congregastis aquas piscine
inferioris et domus Ierusalem nume-
rastis et destruxistis domos ad muni-
endum murum: et lacum fecistis inter
duos muros tamquam piscine vete-
ris: et non suspexistis ad eum qui fece-
rat eam: et operatorem eius de longe
vidistis Hec dicit dns Rm
Nascetur nobis parvulus et vocabitur
deus fortis ipse sedebit super tronum

David patris sui et imperabit cuius
potestas super humerum eius V Ecce
advenit dominator dns et regnum in
manu eius et potestas et imperium
Et vocavit dns exercituum in
die illa ad fletum et ad plan-
ctum et ad calvicium: et ad cingulum
sacci Et ecce gaudium et leticia
occidere vitulos et iugulare arietes:
comedere carnes et bibere vinum
Et revelata est in auribus meis
vox dni exercituum dicens Si dimitte-
tur vobis iniquitas hec: donec mo-
riamini Hec dicit dns Rm
Festina ne tardaveris dne et libera
populum tuum V Veni dne et noli tar-
dare relaxa facinora plebis tue Et
Constantes estote videbitis laudes
auxilium domini super vos p Christe
an Ad te domine levavi animam
meam veni et eripe me dne ad
te confugi p Dne exaudi a Veni
domine et noli tardare relaxa
facinora plebis tue israhel ps
Deus deus a Deus a libano ve-
niet et splendor eius sicut lumen
erit p Dne audivi a Ego autem
ad dnm aspiciam et expectabo deum
salvatorem meum p Laudate ant
Dies dni sicut fur ita in nocte
veniet et vos estote parati quia qua
hora non putatis filius hominis veni-
et ps Benedictus ad ps ant
Intuemini quantus sit iste gloriosus
qui ingreditur ad salvandas gen-
tes ps Confitebor lectio
Veneranda ac desiderabilem
gloriam ac singularitatem
solempnitatis hoc est nativitatis
dni salvatoris secundum carnem: devo-
cioni fidelissima suscepturi totis
viribus nos debemus preparare ad
latebras cordis nostri diligenter

aspicere: ne forte sit in nobis
aliquod peccatum absconditum quod
et conscientias nostras confundat et
oculos divine maiestatis offen-
dat R/ Clama in fortitudine
Nam sicut xpus dominus
post passionem suam repu-
reperit et nostram ascenderet
conspiceret: debemus et dilige-
ter attendere qualiter unusquisque
se suorum eius sine avaricia
sine ira sine superbia atque symon-
ia ad celebrandum eius nati-
vitatem studeat preparare atque com-
ponere et sicut quem unumquemque
ornatum viderit: ita illi graciam
sue inde dispensabit q.
Quem quidem dominus noster viderit
castitatis sue vestitum iusti-
cie vel vere margaritis ad-
ornatum. castum humilem beni-
gnum misericordem et sobrium co-
gnoverit corpus et sanguinem
suum non ad iudicium sed ad re-
medium per sacerdotum suorum
ministerium dispensabit. Si vero
viderit aliquem adulterum ebrio-
sum cupidum superbum timeo ne
illi dicat quod in ewangelio dominus
dixit Amice quomodo huc intra-
sti non habens vestem nupcialem
Veniet dominus cum laudes laudo
potestate magna et videbit
eum omnis caro et salvabit nos
Ps. Aspice A. Elevare elevare
consurge iherusalem solve vincula
colli tui captiva filia syon Ps.
Bonum est A. Levate capita
vestra ecce appropinquabit redempcio
vestra P. Deus deus A. Expectetur
sicut pluvia eloquium domini et
descendat super nos sicut ros deus
noster Ps. Audite celi A. Pona

insipien A. Omnis vallis implebitur
et omnis mons et collis humiliabitur
et videbit omnis caro salutare
dei Ps. Benedictus Sequuntur antiphone
O Sapiencia que ex ore altissimi
prodisti attingens a fine
usque ad finem fortiter suaviterque dispo-
nens omnia veni ad docendum
nos viam prudencie Ps. Magnificat
O Adonay et dux domus israel
qui moysi in igne flamme
rubi apparuisti et ei in syna le-
gem dedisti veni ad redimendum
nos in brachio extento Ps. Magnificat
O Radix yesse qui stas in signum
populorum super quem continebunt
reges os suum quem gentes depreca-
buntur veni ad liberandum nos
et noli tardare Ps. Magnificat
O Clavis david et sceptrum do-
mus israel qui aperis et ne-
mo claudit claudis et nemo ape-
rit veni et educ vinctos de do-
mo carceris sedentes in tenebris
et umbra mortis Ps. Magnificat
O Oriens splendor lucis
eterne et sol iusticie ve-
ni et illumina sedentes in tenebris
et umbra mortis Ps. Magnificat
O Rex gencium et desideratus
earum lapisque angularis
qui facis utraque unum veni salva
hominem quem de limo formasti
O Emanuel rex et legifer
noster expectacio gencium et
salvator earum veni ad salvandum
nos domine deus noster P. Magnificat
O Virgo virginum quomodo fiet
istud quia nec primam similem
visa es nec habere sequentem filie ihe-
rusalem quid me admiramini divinum est
misterium hoc quod cernitis. No-
lite timere quia quarta enim die veniet ad vos
dominus noster

Pona domino gloriam et honorem quoniam in insulis nunciabunt
quia veniet et non tardabit

O Gabriel nuncius celorum qui ia-
nuis clausis ad me intrasti
et verbum nunciasti concipies et paries
emanuel vocabitur ps Magnificat
O Iherusalem civitas dei summi le-
va in circuitu oculos tuos et
vide dominum deum tuum quia iam veniet
solvere te a vinculis ps Magnificat
De illa occulta In vigilia nat. Rm
statione sua egressus est filius dei
descendet visitare et consolari omnes
qui eum de toto corde desiderabant
vs Ex syon species decoris eius deus
noster manifeste veniet Descendet
ymnus Veni redemptor vs Rorate
a Rex pacificus ante secula natus
per auream egredere portam redemp-
tos tuos visita et eos illuc revo-
ca unde ruerunt per culpam ps Magnificat
Oracio Deduita Invitatorium Hodie
scietis quia veniet dominus et mane
videbitis gloriam eius ps Venite
ymnus Verbum supernum. In primo nocturno ps Dominus regnavit decorem
In illo tempore Cum esset desponsata mater Ihesu
maria ioseph: antequam convenirent
inventa est in utero habens de spiritu
sancto Et reliqua Omelia Origenis
Cum esset desponsata mater
Ihesu maria ioseph: Que fu-
it necessitas ut desponsata esset
maria ioseph: nisi propterea quatinus
hoc sacramentum dyabolo celaretur
ut ille malignus fraudis commen-
ta adversus desponsatam virginem
nulla penitus invenisset vel ideo
fuit desponsata ioseph ut nato
infanti vel ipsi matre cura videretur
regere sine inspiratione vel inde
ternis redienis Tu autem domine Rm
Sanctificamini hodie et estote parati quia
die crastina videbitis maiestatem
dei in vobis vs Hodie scietis quia
veniet dominus et mane videbitis gloriam
eius Quia die

Mater inquid eius mater immaculata: mater incorrupta
mater intacta Mater virginitatis
dei domini et regis omnium: plasmatoris
et creatoris omnium: illius qui in potentiis
sine matre et in terris sine patre: illius
qui in celis secundum deitatem in sinu
est patris et in terris secundum corporis sus-
ceptionem in sinu est matris Rm
Constantes estote videbitis auxilium
domini super vos iudea et iherusalem nolite
timere cras egrediemini et dominus erit
vobiscum vs Vos qui in pulvere estis
expergiscimini et laudate eum dominus ve-
niet Cras egrediemini, lectio
O magna admiracionis gracia
o inenarrabilis sanctitas:
o ineffabile magnumque sacramentum
Ipsa eademque virgo; ipsa et mater
domini; ipsa et genitrix; ipsa eius
ancilla plasmacio eius: Ipsaque ge-
nuit Quis unquam talia audivit
Quis vidit talia Quis hoc
cogitare potuit; ut mater virgo esset
intacta generaret et virgo permansit
et genuit Tu autem Rm
Sanctificamini filii israel dicit dominus
die enim crastina descendet dominus
et auferet a vobis omnem languorem
vs Ecce dominus veniet ut sal-
vos nos faciat et illuminet abscon-
dita tenebrarum Et auferet laudes
Hodie scietis quia veniet dominus
et mane videbitis gloriam eius
ympnus a Crastina die delebitur
iniquitas terre et regnabit super nos
salvator mundi a Rex pacificus
magnificatus est cuius vultum desiderat
universa terra a Magnificatus est rex
pacificus super omnes reges universe
terre Et in sabbato vigilia occurrit
cantentur alia. Responsorium

Crastina die erit vobis salus dicit dominus exercituum a. Elevate capita
vestra ecce appropinquabit redemptio vestra Cap. et oro de domi-
nica vel de vigilia si placet Capitulum Epistola
Paulus servus ihesu christi vocatus apostolus segregatus in
evangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos in scrip-
turis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine david secundum car-
nem Deo gratias ympnus Vox clara. Cra-
stina die delebitur iniquitas anti.
Joseph fili david noli timere acci-
pere mariam coniugem tuam quod
enim in ea natum est de spiritu sancto est
alleluia ps. Benedictus Collecta de domi-
nica vel de vigilia si placet ad primam
Hodie scietis quia et ad terciam
Propter syon non tacebo et
propter ierusalem non quiescam
donec egrediatur ut splendor
iustus eius et salvator eius
ut lampas accendatur Deo gratias
Hodie scietis quia veniet dominus
Et mane videbitis gloriam eius
Crastina die delebitur Collecta
Deus qui nos redemptionis
nostre annua expectatione
letificas: presta quesumus ut uni-
genitum tuum redemptorem nostrum
quem redemptorem leti suscipi-
mus venientem quoque iudicem
securi videamus dominum nostrum
Et videbunt ad sextam Cap.
Gentes iustum tuum et cuncti
reges inclitum tuum et voca-
bitur tibi nomen novum quod
os domini nominabit et eris co-
rona glorie in manu domini et dya-
dema regni in manu dei tui Deo
Crastina die delebitur iniquitas terre
Et regnabit super nos salvator
mundi v. Crastina die erit ad nonam Cap.
Non vocaberis ultra derelicta
et terra tua non vocabitur am-
plius desolata sed vocaberis volun-
tas mea in eis Deo gratias Finis
Crastina die erit nobis salus Orat.
dominus exercituum v. Constantes invitatorium ad matutinas
Iudea et ierusalem nolite timere cras
egrediemini et dominus erit vobiscum
alleluia ps. Laudate pueri anti.
Gaude et letare ierusalem ecce rex
tuus venit de quo prophete predixe-
runt quem angeli semper adorant
cui cherubin et seraphin sanctus sanctus
proclamant a. Dum ortus fuerit
sol de celo videbitis regem regum pro-
cedentem a patre tamquam sponsum de
thalamo suo an. Orietur sicut
sol salvator mundi et descendet
in uterum virginis sicut ymber super
gramen alleluia a. Bethleem non es
minima in principibus iuda ex te
enim exiet dux qui regat populum meum
israhel ipse enim salvum faciet populum suum
a peccatis eorum c. Propter syon Responsorium
Iudea et ierusalem nolite timere cras
egrediemini et dominus erit vobiscum
v. Constantes estote videbitis
auxilium domini super vos Cras ympnus
Veni redemptor v. Tamquam sponsus
a. Cum esset desponsata mater ihesu ma-
ria ioseph antequam convenirent
inventa est in utero habens de spiritu sancto quod enim in ea
natum est de spiritu sancto est alleluia ps. Benedictus
Deus qui nos redemptionis
ad completorium ympnus Conditor alme Cap. ad 9
Propter nimiam caritatem suam qua
dilexit nos misit deus filium
suum in similitudinem carnis peccati ut
eos captivos redimeret Deo gratias. R.
Benedictus qui venit in nomine a. Adhuc
exspectate quia prope est regnum dei amen
dico vobis quia non tardabit Hunc

Ite ad ps. leccione. Christi natus de virgine dignetur nos benedicere
ad 2am Christus de virgine natus. Nostra dignetur delere reatus
ad 3am Nativitas hodierna conferat nobis gaudia eterna
ad 4tam Natus hodierna nocte / meam attingere ciuium supernorum societate
ad 5tam Festivitas noctis hodierne / conferat nobis gaudia vite eterne
ad 6tam Per noctis hodierna / det nobis deus vita eterna

Da nobis quesumus omnipotens deus unigeniti filii tui recepta nativitate respirare cuius celesti misterio pascimur et potamur. Per

Christus natus est nobis venite adoremus. Invitatorium. Ps. Venite

An. Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Ps. Quare

A. Tamquam sponsus dominus procedens de thalamo suo. Ps. Celi enarrant. An. Diffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Ps. Eructavit. Vs. Tamquam sponsus. L. prima

Primo tempore alleviata est terra zabulon et terra neptalim et novissimo aggravata est via maris trans iordanem galilee gencium. Populus gencium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Multiplicasti gentem et non magnificasti leticiam. Hec dicit. Rx.

Hodie nobis celorum rex de virgine nasci dignatus est ut hominem perditum ad regna celestia revocaret. Gaudet exercitus angelorum. Quia salus eterna humano generi apparuit. V. Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Quia salus et. L. ii

Consolamini consolamini popule meus dicit deus vester. Loquimini ad cor ierusalem et advocate eam quoniam completa est malicia eius dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas dei nostri. Hec dicit.

Hodie nobis de celo pax vera descendit. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt celi. V. Hodie illuxit dies redempcionis nove reparacionis antique felicitatis eterne. Hodie per totum. L. iii. — Ysay. L. iii

Consurge consurge induere fortitudine tua syon induere vestimentis glorie tue ierusalem civitas sancta quia non adiciet ultra ut pertranseat per te incircumcisus et inmundus. Excutere de pulvere consurge sede ierusalem: solve vincula colli tui: captiva filia syon quia hec dicit dominus deus. In egiptum descendit populus meus in principio ut colonus esset ibi: et assur absque ulla causa calumpniatus est eum. Hec. Rx.

Descendit de celis missus ab arce patris introivit per aurem virginis in regionem nostram indutus stola purpurea et exivit per auream portam lux et decus universe fabrice mundi. V. Tamquam sponsus dominus procedens de thalamo suo. Et exivit. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat. Et exivit. In ii. nocturno. An. — In 2o no.

Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Ps. Magnus dominus. A. Orietur in diebus domini habundancia pacis et dominabitur. Ps. Deus iudicium. An. Veritas de terra orta est et iusticia de celo prospexit. Ps. Benedixisti. V. Speciosus forma pre filiis hominum

Natalis dies domini ea devocione a christianis votiva

solempnit^er institutus est: quia
nec^o xpus p(er) descriptione mundi
nasci corporalit(er) voluit: prodi-
cus copiosus vicio: qui erat
imperio impio: cuius preceptione
carnis causa h(oc) est postis in-
vidia dyab^i: parens illa p(ro)mis
spe seducens inani cred^t glo(riam)
consistunt copiam et peritus in
omni gente sua radice ma-
net et prima tristiciis. Eu. R^m.

Quem vidistis pastores dicite
annunciate nobis in terris quis appa-
ruit natum vidimus in choro an-
gelorum salvatorem dominum V. Dicite
quid nam vidistis et annunciate xp̄i
nativitatem. Natum vidimus. Lectio

Deus enim namque filius sedens in
plenitudine temporis: quia
disposuit reconciliandam auto-
ri suo naturam generis humani assump-
sit: ut inventor mortis dyab(olus)
per ipsam quam vicerat vinceretur.
Inque eo conflictu pro nobis inito ma-
gno et mirabili equitatis iure
certatum est cum omnipotens deus cum
sevissimo hoste: non in sua ma-
iestate sed in nostra congreditur humili-
tate obiciens ei eandem formam
eandemque naturam mortalitatis quidem
nostre participem sed peccati totius expertem. Eu.

O magnum misterium et admira-
bile sacramentum ut animalia viderent
dominum natum iacentem in presepio beata
virgo cuius viscera meruerunt por-
tare dominum xpm V. Domine audi-
vi auditum tuum et timui consideravi
opera tua et expavi in medio
duum animalium iacentem. Lectio

Virgo regia davitice stirpis
eligitur: que sacro gravida-
da fetu divinam humanamque prolem
prius conciperet mente quam corpore

Et ne superne ignara consilii et in-
usitatos paveret effectus quod in
ea operandum erat a spiritu sancto colloqu-
io discat angelico nec dampnum pudo-
ris dei genitrix mox futura. Cum con-
sciencia tanta conceptionis desperet: cum
efficacia de altissimi virtute p(er)-
mittitur. Eu. aut R^m.

Beata dei genitrix maria cuius viscera
intacta permanent hodie genuit
salvatorem seculi V. Beata que credidit
quoniam perfecta sunt omnia que dicta sunt
ei a domino. Hodie ge^t In iii^o noc(turno). Ipse inuo-
cavit me alla pater meus es tu alla Ps. Quare
V. Letentur celi et exultet terra ante
faciem domini quoniam venit Ps. Cantate primum
A. Notum fecit dominus alla salutare suum
alla Ps. Cantate vii. Natus est nobis

In illo tempore exiit edictum Sc^m Math
a cesare augusto ut describeretur
universus orbis Et r(eliqua). Omel(ia) b(eati) Aug(ustini)

Hodie largiente domino misteria
solempnia terre xpo^e celebraturi
sumus: loqui dum de eternitatis lo-
cutione non possumus: Sed nos bre-
vius aliquid dicere descriptionis nostre
nativitas ipsa compellit Quod est
quod nascente domino mundus describitur
nisi hoc quod aperte innotuit quia ille
apparebat in carne qui electos
suos asscriberet in eternitate. Eu. R^m.

Sancta et immaculata virginitas
quibus te laudibus referam nescio quia
quem celi capere non poterant tuo gremio
contulisti V. Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui. Quia

In illo tempore pastores Sc^m lucam
loquebantur ad invicem Transeamus
usque bethleem et videamus hoc
verbum quod factum est quod dominus ostendit
nobis Et r(eliqua). Omelia b(eati) greg(orii) pape

Natus est nobis salvator mundi qui
est xpc in civitate david

Nato in bethleem domino salvato-
re sicut sacra ewangelii te-
statur historia; pastoribus qui in
regione eadem erant vigilan-
tes vigilias noctis super gregem
suum; angelus domini cum magna
luce apparuit; oportunumque in-
de solemnitatis; non solum celesti-
bus sermone verum etiam claritate
luminis lucis astruxit. Tu R.
Beata viscera Marie virginis que por-
taverunt eterni patris filium et beata
ubera que lactaverunt Christum dominum
quia hodie pro salute mundi de vir-
gine nasci dignatus est. V. Dies sa-
nctificatus illuxit nobis venite gen-
tes et adorate dominum. Quia ho.
In principio erat (In mane s. Johann) verbum
et verbum erat apud deum Et
deus erat verbum Hoc erat in princi-
pio apud deum Omnia per ipsum
facta sunt et sine ipso factum est
nichil. Et c. Omelia venerabilis Bede
Quia mediatorem temporalem media-
toris dei et hominum ihesu christi
nativitatem que hodierna die
facta est; sanctorum verbis ewange-
listarum; mathei videlicet et luce
manifeste cognovimus licet etiam
de verbi id est nativitatis eius eterni-
tate in qua patri manet semper
equalis: Beati iohannis ewangeliste
dicta scientia; qui singularis privi-
legio: meruit castitatis, ut
ceteris altius divinitatis verbi simul
et patefaceret archanum. Tu R.
Verbum caro factum est et habitavit in no-
bis cuius gloriam vidimus quasi unigeniti
a patre plenum gratia et veritate V.

In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum
plenum gratia. Quem ethera
et terra atque mare non prevalet
totum capere a sinu prepperis
implens celos regens ubera
sugens factor matris factus
hodie est de matre creans
lucem hodie creatus est in die
nascitur mundo oriens gabriel
quem vocavit emanuel no-
biscum deus. Deinde legatur
Ewangelium liber generationis quo
finito cantetur hec antiphona.
O mundi domina regio ex semine
orta ex tuo iam Christus processit
alvo tamquam sponsus de thala-
mo hic iacet in presepio qui et
sidera regit. Te deum laudamus.
Ad missa dicitur. Te laudes.
Quem vidistis pastores dica-
te annunciate nobis in terris quis
apparuit natum vidimus in choro
angelorum salvatorem dominum alleluia
alleluia. Ps. Dominus regnavit. A. Genuit
et puerpera regem cui nomen
eternum et gaudium matris habens
cum virginitatis honore nec pri-
mam similem visa est nec habere
sequentem alleluia. Ps. Jubilate. Anti.
Angelus ad pastores ait annun-
cio vobis gaudium magnum quia
natus est vobis hodie salvator
mundi alleluia. Ps. Deus deus. Anti.
Facta est cum angelo multitudo
celestis exercitus laudantium
et dicentium gloria in excelsis deo
et in terra pax hominibus bone
voluntatis alleluia. Ps. Benedicite. Anti.

Paruulus filius hodie natus est
nobis et vocabitur deus fortis
alleluia alleluia ps Laudate Ad missam dicitur
Capitulum non dicatur sed per ordinem
sequatur antiphona Alia in qualibet hora
si missa non dicatur tunc dicatur
capitulum Apparuit benignitas
a Gloria in excelsis deo et in terra
pax hominibus bone volunta
tis alleluia alleluia ps Benedictus
Deus qui hanc Collecta
sacratissimam noctem ve
ri luminis illustratione fecisti cla
rescere. da quesumus ut cuius misteri
um in terra cognovimus eius quoque
gaudiis in celo perfruamur per
Ad primam invitatorium Agnoscat
omne seculum [illegible] alia ut supra
a Gaudeamus omnes fideles
salvator noster natus est
mundo hodie processit proles ma
gnifica genitrix et perseverat
pudor virginitatis ps Deus in nomine
R Christe fili dei Qui natus es
de virgine maria V Converte nos
Ad terciam invitatorium Maria ventre con
cepit radix yesse Alia ut supra
a Hodie intacta virgo deum
nobis genuit tenellis indutum
membris quem lactare meru
it omnes ipsum adoremus qui
venit salvare nos ps Legem pone
Apparuit beni Capitulum Tertia in [illegible]
gnitas et humanitas sal
vatoris dei nostri non ex operibus
iusticie que fecimus nos sed
secundum suam misericordiam salvos
nos fecit Deo gracias R
Speciosus forma Ad vi invitatorium
Propterea [illegible] Alia
In virginis dei genitrix quem
totus non capit orbis in
Tercia 3o Cap Cap Rursum Apparuit gracia dei
salvatoris nostri omnibus hominibus eru
diens nos ut abnegantes impie
tatem et secularia desideria sobrie et.

tua se clausit viscera factus homo
vera fides geniti purgavit cri
mina mundi et tibi virginitas in
violata manet Deficit in
Westphalie [illegible] Capitulum Epistola ad [illegible]
Multiphariam
multisque modis olim deus loquens
patribus in prophetis novissime
diebus istis locutus est nobis
in filio suo quem constituit here
dem universorum per quem fecit et
secula Deo gracias R Notum fecit
dominus salutare suum In conspectu
gencium revelavit iusticiam suam
V Viderunt qui venit Collecta
Concede quesumus omnipotens deus
ut nos unigeniti tui no
va per carnem nativitas liberet
quos sub peccati iugo vetusta
servitus tenet Per dominum Ad ix invitatorium
Adam vetus iam nata Alia tibi
a Virgo hodie fidelis et si verbum
genuit incarnatum virgo mansit
et post partum quam laudantes
omnes dicimus benedicta tu in
mulieribus ps Mirabilia Cap
et oratio ut supra ps Benedictus qui
venit in nomine domini Deus dominus et
illuxit nobis a Verbum caro factum est alleluia.
Tecum principium In secundis vesperis antiphona
in die virtutis tue in splen
doribus sanctorum ex utero ante lu
ciferum genui te ps Dixit dominus antiphona
Redemptionem misit dominus populo suo
mandavit in eternum testamentum suum
ps Confitebor a Exortum est in
tenebris lumen rectis corde miseri
cors et miserator et iustus dominus
ps Beatus vir a Apud dominum mi
sericordia et copiosa apud eum
redempcio ps De profundis antiphona
Iuste et pie vivamus in hoc seculo
expectantes beatam spem et adventum
glorie dei magni et salvatoris nostri
ihesu christi Deo gracias Ad septimam ad v

Despectu ventris tui ponam super sedem tuam. ps. Memento. Capitulum

Multipharie multisque modis. v. Verbum caro factum. ps. [illegible]. v. Tamquam sponsus dns. Anti. ad

Hodie xpus natus est hodie salvator apparuit hodie in terra canunt angeli letantur archangeli hodie exultant iusti dicentes gloria in excelsis alleluia. ps. Magnificat. Collecta

Concede qs omnipotens deus. Deinde [illegible] de sancto stephano. [illegible] lapides torrentis. v. Deus tuorum militum. v. Gloria et honore. A. Intuens in celum. ps. Magnificat. Deinde oro de sancto stephano. Anti

Nesciens mater virgo virum peperit sine dolore salvatorem seculorum ipsum regem angelorum sola virgo lactabat ubere de celo pleno. v. Post partum virgo inviolata permansisti. Collecta

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti tribue qs ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus per quam meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum. Ad completorium Corde natus. Capitulum

Parvulus enim natus est nobis et filius datus est nobis deo. v. Benedictus qui venit in no. Anti

Verbum caro factum est et habitavit in nobis et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre. ps. Nunc dimittis. Collecta

Presta qs omnipotens deus: ut natus hodie salvator mundi sicut divine nobis generationis est auctor ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum

Nato domino angelorum chori canebant dicentes salus deo nostro sedenti super thronum et agno. A. Pastores dicite quidnam vidistis et annunciate christi nativitatem infantem vidimus pannis involutum et choros angelorum laudantes salvatorem. A. Lux orta est super nos quia hodie natus est salvator alleluia. A. Pastores loquebantur ad invicem transeamus usque bethleem et videamus hoc verbum et videamus hoc verbum quod dns ostendit nobis alleluia. Anti

Virginem celi cum talia famulantur obsequia stabulo ponitur qui continet mundum iacet in presepio et in nubibus tonat. A. Ecce advenit dominator dns et regnum in manu eius et potestas et imperium in eternum alleluia. Anti

Completi sunt dies marie ut pareret filium suum primogenitum. A. Continet in gremio celum terramque regentem virgo dei genitrix proceres comitantur heriles per quos orbis ovans christo sub principe pollet. A. Sancta et immaculata virginitas quibus te laudibus referam nescio quia quem celi capere non poterant tuo gremio contulisti. A. Ecce completa sunt omnia que dicta sunt per angelum de virgine maria. Capitulum Actuum vi

Stephanus autem plenus gratia et fortitudine: faciebat prodigia et signa magna in populo. Deo gratias. Ym.

Lapides torrentis illi dulces fue
runt ipsum secuntur omnes anime iuste
V. Mortem enim quam salvator
dignatus est pro omnibus pati hanc
ille primus reddidit salvatori ipsum
Gloria patri ipsum secuntur Hymnus
Deus tuorum V. Gloria et honore
Intuens in celum beatus stephanus
vidit gloriam dei et ait ecce video
celos apertos et filium hominis sta
tem a dextris dei Ps. Magnificat Collecta
Da nobis quesumus domine imi
tari quod colimus: ut
discamus et inimicos diligere
quia eius natalicia celebra
mus qui novit etiam pro perse
cutoribus exorare dominum Invita
Regem prothomartiris stephani
venite adoremus dominum ihesum christum
Ps. Venite A. Hesterna die dominus
natus est in terris ut hodie ste
phanus nasceretur in celis Ps.
Beatus vir A. Lapides enim corpori
suo virginis servaverunt utique ipse
martiri suo aperire dignatus
est celum Ps. Enarrant Ver. autem
Precepis angustia ipsum por
tavit infantem in inceptas
celi stephanus triumphante sus
cepit Ps. Dominus quid V. Gloria
et honore coro. est con Lectio i
Heri celebravimus tem
poralem sempiterni regis
natalem: hodie celebramus
triumphalem militis passi
onem. Heri enim rex noster tra
bea carnis indutus: de
aula virginali egre
diens dignatus est visitare
mundum: hodie miles de taber
naculo corporis exiens trium
phator migravit ad celum In

Hesterna die dominus natus est in terris
ut stephanus nasceretur in celis
ingressus est dominus mundum ut stepha
nus ingrederetur in celum A. Ste
phanus vidit celos apertos vidit
et introivit Ingressus est Lectio
Ille descendit carne velatus
iste ascendit sanguine laurea
tus: ascendit iste lapidantibus
iudeis: quia ille descendit
letantibus angelis Gloria in ex
celsis deo heri exultantes ange
li cantaverunt Hodie stephanum
in suum consortium letantes susce
perunt Ter. autem dominus Responsorium
Stephanus autem plenus gratia et
virtute faciebat signa magna et
prodigia in populo V. Stephanus
vidit celos apertos Faciebat Lectio
Solus descendit ut multos
sublevaret humiliavit se
rex noster ut suos milites exalta
ret Lapides enim corpori suo vir
ginis servaverunt utique ipse mar
tiri suo aperire dignatus est
celum Dominus vero christus angu
stias intrare non dedignatus
est uteri ut adam stephanum
latitudo suscipet celi Ter. Responsorium
Videbant omnes stephanum qui
erant in concilio et intuebantur
vultum eius tamquam vultum angeli
stantis inter illos V. Stephanus
autem plenus gratia et fortitudine
faciebat prodigia et signa ma
gna in populo Et inde In ii nocturno autem ...
Stephanus autem plenus gratia
et virtute faciebat signa magna
in populo Ps. Cum invocarem autem Omnes
intuendentes in eum aspiciebant
vultum eius tamquam vultum angeli
stantis inter illos Ps. Verba mea.

a. Eiecientes eum extra civitatem
lapidabant et vestes deposuerunt
vestimenta sua secus pedes adole
scentis qui vocabatur Saulus
Dne dns nr v. Posuisti dc. lco iiij

Heri dns natus est in terris
ut nos nasceremur in celis Heri
xpus pro nobis passus est in
volutus hodie stephanus sto
la est immortalitatis indutus
heri preseppis angustia xpm
portavit infantem hodie i
mensitas celi stephanum suscepit
triumphantem Tu aut dc. Rm
Stephanus servus dei quem lapi
dabant iudei vidit celos apertos
vidit et introivit beatus homo
cui celi patuerunt v. Vidit btus
stephanus gloriam dei et ihm stan
tem ad dexteram patris Btus.

Ipse dns semper tue maiestatis
deitate fruata simile nostrorum
carnis assumes in theatrum seculi
campum pugnaturus intravit iste
depositis corruptibilibus corporis
indumentis ad celi palaciam per
henniter regnaturus ascendit Tu Rm
Lapidabant iudei stephanum invo
cantem et dicentem domine ihu xpe
accipe spiritum meum et ne statuas
illis hoc peccatum v. Positis aut geni
bus btus stephanus orabat di
cens domine ihu xpe accipe lco

Necessarium tamen nobis est
fratres karissimi cognoscere quibus
armis premunitus stephanus
seviciam iudeorum potuit superare
ut ita meruisset feliciter trium
phare Tu autem dne Respo iij

Patefacte sunt ianue celi xpi
martiri beato stephano qui in
numero sanctorum inventus est primus
et ideo triumphat in celis corona
tus v. Vidit btus stephanus ce
los apertos vidit et introivit
Gloria in vanitatis In iij noctno an | iij n a
Lapidaverunt stephanum et ipse
invocabat dnm dicens ne sta
tuas illis hoc peccatum ps. Iudica
a. Lapides torrentis illi dul
ces fuerunt ipsum secuntur omnes
anime iuste ps. Dne qs h. ant
Ecce video celos apertos et
ihm stantem a dextris dei ps. Dne
in virtute tua letabitur rex v.
Magna est gloria Secdm Mathm | Mat xxiii

In illo t. dicebat ihs turbis
iudeorum et principibus sacerdotum
Ecce ego mitto ad vos prophe
tas et sapientes et scribas
et ex illis occidetis et cruci
figetis et flagellabitis in syn
nagogis vris et cetera O Grego pape | Gre pape

Hoc aut quod eum dixerim
vos implete mensuram
patrum vrorum ad personam pertinet
eo quod occidendus erat ab eis
pt et ad discipulos eius referri
de quibus nunc d. Ecce ego mit
to ad vos prophetas et sapientes
et scribas et ex illis occidetis et cru
cifigetis et flagellabitis in syna
gogis vestris Tu aut Rm
Impetum fecerunt unanimes
in eum et eiecerunt eum extra
civitatem invocantem et dicentem
dne accipe spm meum v. Posi
tis aut genibus btus stephanus
orabat dicens dne accipe s.

Alios dicit prophetas qui ven
tura predixerunt: alios sapien
tes qui noverunt quid dicant
profitere simone. Alios scribas
in lege doctissimos ex quibus
lapidatus est stephanus pau
lus occisus petrus cum ceteris
flagellati in actibus apostolorum
discipuli et persecuti sunt eos
de civitate in civitatem expel
lentes eos de iudea ut ad gen
tium populum transmigrarent. An. Bm
Intuens in celum beatus stephanus
vidit gloriam dei et ait Ecce
video celos apertos et filium
hominis stantem a dextris virtutis
dei. v. Cumque aspiceret beatus
stephanus in celum vidit glo
riam dei et ait Ecce video.
Ut veniat super vos omnis
sanguis iustus qui
effusus est super terram a
sanguine abel iusti usque ad
sanguinem zacharie filii bara
chie quem occidistis inter
templum et altare. De abel
nulla est ambiguitas quin is
sit quem cayn frater suus occidit
Iustus autem non solum ex domini sententia
sed ex veteri testamento comprobatur
ubi accepta eius a deo narran
tur munera. In aut Bm
Impii super iustum iactaverunt
fecerunt ut eum morti tra
derent at ille gaudens suscepit
lapides ut mereretur accipere
corona glorie. v. Captabant
in animam iusti et sanguinem
innocentem condempnabant. Et
ille gaudens sequuntur laudes
laud
Vir autem erat stephanus
plenus spiritu sancto intendens in ce
lum vidit gloriam dei et ihesum stan
tem ad dexteram patris. ps. Dominus regnavit
a. Lapidabant iudei stephanum
invocantem et dicentem domine ihesu
accipe spiritum meum. ps. Iubilate
ant. Adhesit anima mea post te
quia caro mea lapidata est pro te
deus meus. ps. Deus deus. ant.
Stephanus vidit celos apertos
vidit et introivit beatus homo cui ce
li patebant. ps. Benedicite. a. Po
sitis autem genibus clamabat vo
ce magna dicens stephanus
domine ihesu ne statuas illis hoc peccatum
ps. Laudate. v. Corona aurea [illegible]
[illegible] Capitulum ut supra. ant.
Patefacte sunt ianue celi xpi
martiri stephano qui in numero sanctorum
inventus est primus et ideo trium
phat in celis coronatus alleluia. ps.
Benedictus. Oratio de nativitate sequitur
ant. et oratio ut ante et de sancta
maria. Ad horas ant. Cum at
cum aliis antiphonis sequentibus. Capitulum
Eicientes eum extra civitatem
lapidabant et testes depo
suerunt vestimenta sua secus pe
des adolescentis qui vocabatur
saulus. Deo gratias. v. Gloria et
honore coronasti. In ii vespere a. in 2 v
Etenim principes. p. Dixit dominus
cum ceteris. Capitulum ut supra. Bm
Ymnum caro. yy. A solis ortu. v.
Gloria et honore coronasti. ant.
Sepelierunt stephanum viri timo
rati et fecerunt planctum magnum
super eum. p. Magnificat. Oratio ut an
te. Deinde de sancto Iohanne. Ym. Vox
tonitrui. yy. Iohannes apostolus. v. Annunc
iaverunt. v. In omnem terram. a. Valde
A. in Stephanus plenus gratia et
fortitudine faciebat signa et prodigia
magna in populo
Surrexerunt quidam de synagoga dis
putantes cum stephano [illegible] et non
poterant resistere sapientie [illegible] et
spiritui qui loquebatur [illegible] stephanus [illegible]
[illegible] videbant [illegible] faciem eius tamquam
faciem angeli stantis inter illos

honorandus est ps Magnificat Hodie
Christo posita de natiuitate et Ecclesia
aut Baptismum Tamen de sancto Johanne
Qui timet deum faciet bona
et qui continens est iusticie
apprehendet illam et obviabit
illi quasi mater honorificata
Deo gracias R[esponsorium] Vox tonitrui
tui deus in rota Johannes est euan
gelista mundi per ambitum predicans
hunc celorum qui triumphans
rome lauit in vino scolam suam
et in sanguine olive palmam suam V
Inter senatum cum cesare virginea
corpore respondit in igne lauit
Gloria patri et filio et spiritui sancto Si
cut erat in principio Lauit Ant[iphona]
Valde honorandus est beatus Johannes
qui supra pectus domini in cena recu
buit ps Magnificat Collecta
Ecclesiam tuam quesumus domine
benignus illustra ut beati
Johannis apostoli tui et evangeli
ste illuminata doctrinis ad dona per
veniat sempiterna per Invitato[rium]
Adoremus regem apostolorum quem speci
alis amoris iohannem dilexit apostolum
ps Venite Hymnus Agnoscat Ant[iphona]
Johannes apostolus et evangelista virgo
est electus a domino atque inter ceteros
magis dilectus ps Celi enarrant
A[ntiphona] Supra pectus domini Jhesu recum
bens evangelii fluenta de ipso
sacro dominici pectoris fonte potauit
ps Benedicam A[ntiphona] Quasi unus de
paradisi fluminibus evangelista
Johannes verbi dei gratiam in toto terrarum
orbe diffundit ps Eructauit V In omnem
terram exiuit sonus eorum Et in fi
nes orbis terre verba eorum Lectio prima

Audi fabulam non fabulam
sed rem gestam de iohanne
apostolo et memorie omni tradi
tam Cum post tyranni obitum
de Pathmos insula Ephesum redi
isset rogabatur eciam vicinas illus
trare prouincias Tu R[esponsorium]
Valde honorandus est beatus
iohannes qui supra pectus domini
in cena recubuit cui Christus in cruce
matrem virginem virgini commendabat
V Virgo est electus a domino atque
inter ceteros magis dilectus Cui Christus
Vbi vel ecclesias fundaret
ordinibus non erant sacer
dotes vel ministri quos ei ipse
spiritus sanctus demum indicasset
In illo die suscipiam te seruum
meum et ponam te sicut signacu
lum in conspectu meo quoniam
ego elegi te dicit dominus V In tri
bulacione inuocasti me et exau
diui te et liberaui te Quoniam ego
Cum igitur venisset ad
quandam urbem non
longe positam omnibus circum
astantibus solempniter adimple
tis vidit iuuenem quendam
validum corpore vultu elegan
tem sed animis acrem minus
R[esponsorium] Qui vicerit faciam illum colum
pnam in templo meo dicit do
minus et scribam super eum nomen
meum et nomen ciuitatis nove
ierusalem V Vincenti dabo edere
de ligno vite quod est in paradi
so dei mei Et nomen meum
In feruentis olei In II nocturno Ant[iphona] In 2o no a
Dolium missus Johannes apostolus
diuina se protegente gratia inle
sus exiuit ps Omnes gentes etc.

a Propter incomparabilem evangelii
sanctitatem constancia operis religatus
divine visionis et allocucionis
meruit extra consolacione (revelandi) reve
lari ps Exaudi deus an Occurrit
beato iohanni ab exilio redeunti
omnis populus virorum ac mulierum cla
mancium et dicencium benedictus
qui venit in nomine domini ps Ex
audi deus v Constitues eos

Respiciens autem ad pontificem
qui nuper fuerat ordina
tus Domine inquit tibi stu
dio summo commendo sub testimonio
christi et totius ecclesie Tu Rm
Hic est discipulus qui testi
monium perhibet de his et scrip
sit hec et scimus quia verum est te
stimonium eius vs Quanta au
divimus et cognovimus ea et patres
nostri narraverunt nobis Et scimus

Tunc ille suscipiens iuve
nem omnem ad se sollicitudinem
sicut precipiebant pollicetur
diligenciam Sed iterum atque
iterum eadem repetens pontifex
iuvenem commendat attencius
et post hec ephesum rediit Rm
Iste est iohannes qui supra pec
tus domini in cena recubuit beatus
apostolus cui revelata secreta cele
stia v Valde honorandus est
beatus iohannes qui supra pectus
domini in cena recubuit Cui revela

Tunc vero presbiter ad domum
suam adolescentem suscepit
et cum omni diligencia enutri
vit amplectitur fovet ad ulti
mum ad baptismi graciam tradit
Post hec iam velut confidens
gracie qua fuerat munitus
paulo indulgencius habere

receptum iuvenem Tu autem Rm
Cibavit illum dominus pane vite et in
tellectus et aqua sapiencie salutaris pota
vit eum et exaltavit illum apud
proximos suos v In medio ecclesie
aperuit os eius et aqua sapiencie
potavit illum Et exaltavit illum

Apparuit caro pro In iii nocturno an
Apparuit iohanni dominus ihesus christus cum
discipulis suis et ait illi veni dilecte
mi adhuc quia tempus est ut
epuleris in convivio meo cum fratribus
meis ps Confitebimur an Expan
dens manus suas ad deum dixit
invitatus ad convivium tuum venio
gracias agens quia me dignatus
es domine ihesu christe ad tuas epulas
invitare sciens quod ex toto corde
meo desiderabam te ps dominus regnavit a
Domine suscipe me ut cum fratribus
meis sim cum quibus veniens
invitasti me aperi mihi ianuam vite
et perduc me ad convivium epularum
tuarum tu es enim christus filius dei
vivi qui precepto patris mundum
salvasti tibi gracias referimus per in
finita seculorum secula ps dominus regnavit
v Nimis honorati secundum iohannem

In illo tempore dixit ihesus petro Se
quere me Conversus petrus vidit
illum discipulum quem diligebat
ihesus sequentem se qui recubuit
supra pectus eius et dixit domine
quis est qui tradet te Et Religua

Possumus autem Omelia Bede presbiteri
perpendere in his que petro et
iohanni a domino predicta sunt et
in eis gesta sunt duas ecclesie vi
tas quibus in presenti exercetur
activam scilicet et contemplativam
designatas accipere quarum una

videlicet activa [dominus] quoniam ipso
dr: via vincendi est ad contem-
plativam vero pauci: et in hac
sublimiores quoque post resur-
rectionem perfectione actionis ascendunt
Rx Ecce puer meus quem elegi di-
cit dominus electus meus complacuit
sibi in illo anime mee V Hic est
iohannes qui supra pectus domini
in cena recubuit Complacuit
Activa quippe vita est
studiosissime christi famulus
instans iuste laboribus et prius
quidem corpus ab hoc seculo
immaculatum custodire; men-
tem manum linguam ac cetera
corporis membra ab omni inqui-
namento culpe temptantis
continue ac divinis perpetuo
subiugare serviciis Cum Rx
Diligebat autem eum ihesus quia
specialis prerogativa castitatis
ampliori dilectione fecerat dignum
quia virgo electus ab ipso virgo
in evum permansit V In cruce
denique moriturus matrem virginem
virgini commendabat Quia virgo
Deinde proximi necessitati-
bus impensa vires occurrere
esurienti cibum: potum sitienti
egenti vestitum ministrando; egre-
nos vagosque in domum recipien-
do; inopem de manu fortiorum
eius eripere et pauperem a
diripientibus eum, sed etiam er-
ranti viam veritatis ostendendo
ac miseris se mancipando fra-
ternitatis obsequiis impendere

et usque ad mortem iusticia
certando Cum autem dolor Rx
In medio ecclesie aperuit os
eius et implevit eum dominus spi-
ritu sapientie et intellectus V Mi-
sit dominus manum suam et tetigit
os meum Et implevit Laudes laud
Hic est discipulus ille qui testi-
monium perhibuit et scimus
quia verum testimonium eius ant
Hic est discipulus meus sic eum
volo manere donec veniam tu
me sequere A Sunt de hic
stantibus qui non gustabunt
mortem donec videant filium
hominis in regno suo A Ecce
puer meus electus quem
elegi posui super eum spiritum
meum A Sic eum volo manere
donec veniam tu me sequere
Qui timet deum faciet Eccl xv
bona et qui continens
est iusticie apprehendet illam
et obviabit illi quasi mater
honorificata Deo gratias Rx
In medio ecclesie aperuit dominus
os eius et implevit eum spiritu
sapientie et intellectus alla Colecta Colecta
Ecclesiam tuam Ad horas de lau-
dibus ad iii cap Cibavit illum ab eod
dominus pane vite et intellectus
et aqua sapientie salutaris pota-
vit illum Deo gratias ad vi Cap
In medio ecclesie aperuit os eius ab eod
et implevit eum dominus spiritu
sapientie et intellectus stola glo-
rie induit eum Deo gratias
ad ix Tecum principium Cap Cibavit
illum dominus Rx Desolis ortu (?) V In
omnem terram exivit (?) antiphona

R. de precedent. b. vic.

Iste est iohannes qui sup(ra) pectus
domini in cena recubuit beatus
apostolus cui revelata sunt secreta
celestia Oro Ecclesiam tuam qs do(mine)
posita teneat de dominica et de sancto
Stephano R(esponsorium) de innocentibus in v(esperis)
Centum quadraginta quatuor milia
ns Sanctorum militis V Letamini i.
ad mag(nificat) A(ntiphona) Ambulabunt mecum
in albis qui digni sunt et non
delebo nomina eorum de libro vite
Magnificat Demd. Oro Oro
Deus cuius hodierna die
preconium innocentes
martires non loquendo sed
moriendo confessi sunt: omnia
in nobis viciorum mala mor
tifica ut fidem tuam quam
lingwa nostra loquitur etiam
moribus vita fateatur. Dominum
Regem regum dominum Invitatorium
Venite adoremus quia ipse co
ronat sanctorum innocentum
Venite: sed pue glia anti(phona)
Herodes videns quia illusus
esset a magis misit in bethleem
et occidit omnes pueros qui
erant in ea et in omnibus fi
nibus eius Ps Beatus v(ir) Au
Tempus infantes de non despexit
suos coetaneos milites sed
provexit quibus dedit ante tri
umphare quam loqui Ps Quare A
Ardebat pectus occisorum gla
dio ad iotabat infantulus
matris loco attendebat lactans
percussoris horrorem Ps Cum in
Meditatur novos ab in
fantibus sinus pueri
laudibus xpi in gloriam
domini prima vocem aperuit
innocentes sunt depressit lan
de q fuerant impositi sermone Rm

Sub altare dei audivi voces occisorum
dicencium quare non defendis sangui
nem nostrum et acceperunt divinum re
sponsum adhuc sustinete modi
cum tempus donec impleatur numerus fra
trum vestrorum V Vidi sub ara dei animas
sanctorum propter verbum quod habebant
et clara voce dicebant Quare non.
Offerunt deo primicias sin
gwe nonos ovis ymmolat
utus vatorum primicia libenit
Infancia cum que etate loqui
non poterat gloriam dei tamen
gaudio resonabat Tu autem Rm
Effuderunt sanguinem sanctorum ve
lud aquam in circuitu ierusalem et non
erat qui sepeliret V Vindica domine
sanguinem sanctorum tuorum qui effusus
est Infantium vocavalem et non erat
Norunt laudare xpm qui
loqui non noverunt sunt pr
ra laude qui erant impositi sermo
ne Ostendunt laudibus divinis
suffragiis predicant xpm Tu au(tem) Rm
Adoraverunt viventem in secula seculorum
mittentes coronas suas ante thro
num domini dei sui V Sedentes ante
venientem cum exultacione portantes
manipulos suos vel ut supra Et
ceciderunt in conspectu throni in facies
suas et adoraverunt viventem in secula
seculorum Chibtentes In iii noc anti in ii n
Norunt infantes laudare deum qui
loqui non noverunt sunt pro laude
qui fuerant impositi sermone Ps Illa ma
Erigitur etas in sermone odis etas
in laudem qui delictorum non noverant
sermon Ps Domine dominus A Virginis
a virginibus laudatur et innocens in
nocentum testimonio comprobatur Ps
Domine quis V Exultabunt iusti in con(spectu) dei

Fuerunt in eca pueri sine ma
gistro deserti; docti sine doc
tore periti sine eruditore. Cogno
scunt proprii, predicant dominum non
passione suasio humana docuerat
sed quem divinitas innocentibus
inspirat. Tu autem domine. Rm.
Isti sunt sancti qui non inquinaverunt
vestimenta sua ambulabunt mecum
in albis quia digni sunt. V. Hii sunt
qui cum mulieribus non sunt coinqui
nati virgines enim sunt. Ambulabunt.
Asserunt enim humana cum te
tacent divina; quia huma
na ipsa nil credere poterant nisi
divinorum consolacione sublevarentur.
Necesse est enim cum divina pre
dicantur terrena succumbere naturali
a silere cum virtutes loquuntur.
Rm. Ecce vidi agnum stantem supra mon
tem syon et cum eo sanctorum milia
et habebant nomen eius et nomen
patris eius scriptum in frontibus suis.
V. Hii sunt qui cum mulieribus non sunt
coinquinati. Et habebant nomen.
Erigitur itaque in infantum etas
in laude qui delictorum non
noverat crimen. Dignius adig
nis laudatur et innocens in
nocentium testimonio comprobatur.
Receperunt enim a Christo et reddiderunt
confessi sunt et referunt. Tu. Rm.
Cantabant sancti canticum novum
ante sedem dei et agni et resona
bat terra in voces eorum. V. Sub throno
dei omnes sancti clamabant vindica
sanguinem nostrum deus noster. Et resonabat.
Dicunt domino laudes. In matutino non ant.
trucidati ab herode lactantes locuntur
sanguine quia lingua non possunt
passione canunt quia sermone non
noverunt Christum predicant quod vivi
non poterant. Ps. Consonaverunt

licenter sanguine loqui quibus
lingua non licuit impertivit deus
colloquia quibus humana negata
sunt membra. Ps. Domini est.
X. Ecce vidi agnum stantem
et cum eo sanctorum milia et ha
bebant nomen eius et nomen
patris eius scriptum in frontibus
suis. Ps. Beati quorum. V. Iusti autem.
In illo tempore Angelus. Secundum Matheum
domini apparuit in sompnis
Ioseph dicens. Surge et
accipe puerum et matrem
eius et vade in egyptum
et esto ibi usque dum dicam
tibi. Et reliqua. O. Bede presbiteri.
De morte preciosa mar
tirum Christi innocentum
sacra nobis est festivitas
karissimi evangelii lectio re
citata insignia tamen omnium mar
tirum Christi preciosa mors
designata est. Tu autem. Rm.
Isti sunt sancti qui passi sunt
propter te domine vindica eos
quia clamant ad te cottidie.
V. Vindica domine sanguinem
sanctorum tuorum. Quia cla.
Quod enim parvuli occisi
sunt signat per
humilitatis meritum ad eternam
gloriam perveniendum.
Et quia nisi conversus fuerit
quis et effectus ut par
vulus non potest intrare celum suam
dare proposito. Tu autem. Rm.
Coronavit eos dominus corona
iusticie quia passi sunt pro domino
et secuti sunt agnum. V. Clamaverunt
Christum in vita sua imitati sunt
eum in morte sua. Quia passi

Quod in bethleem et in
omnibus finibus eius
occisi sunt non solum in iudea
unde ecclesie cepit origo
sed in omnibus eiusdem ecclesie abcd
finibus quoque per orbem
diffusa est persecutionem
se intima perfidorum et in
se infra pacatam esse ... E abcd
Centum quadraginta quatuor
milia qui empti sunt de terra
hii sunt qui cum mulieribus
non coinquinati virgines enim
permanserunt ideo regnant
cum deo et agnus dei cum
illis V. Hii empti ex hominibus
primitie deo et agno et in ore
eorum non est inventum menda-
cium ideo regnant Laudes laudes
Herodes iratus occidit
multos pueros in beth-
leem iude civitate david A.
Ab bimatu et infra occi-
dit multos pueros herodes
propter dominum An. Vox in rama
audita est ploratus et ulu-
latus rachel plorans filios
suos A. Sub throno dei omnes
sancti clamabant vindica
sanguinem nostrum deus noster An.
Cantabant sancti canticum
novum ante sedem dei et agni
et resonabat terra in voces eorum
Apocal' xiiii Vidi supra montem syon
agnum stantem et cum
eo centum quadraginta
quatuor milia habentes nomen
eius et nomen patris eius
scriptum in frontibus eorum
Deo gratias V. Gloriosus deus in
Hii sunt qui cum mulieribus
non sunt coinquinati virgines

enim sunt et sequuntur agnum quo-
cumque ierit Oro Deus cuius ho-
Addantur colecte de festo Ad horas
ante de laudibus ad iii Cam ad 6 ca
Hii sunt qui cum mulieri-
bus non sunt coinquina-
ti virgines enim sunt et se-
quuntur agnum quocumque ierit
Hii empti sunt ex hominibus
primitie deo et agno et in
ore eorum non est inventum men-
dacium sine macula sunt ante
thronum dei Deo gratias In ii vesperis omnia ... vii
Tertiam principium ut supra Ca. Hii sunt Ca
qui cum Hym. ... caro V. Sepeli-
orum V. Letamini in domino ad magnif. A.
Hii sunt qui venerunt ex magna
tribulatione et laverunt stolas suas
et dealbaverunt eas in sanguine agni
Ps. Magnificat Colecta ut supra Thome martiris
Pastor cedit / que de sancto stanislao responsoria
Vs. Bonus tuorum V. Gloria et honore
Ant. Iste vir qui suffert Colecta
Deus pro cuius ecclesia gloriosus
martir et pontifex thomas
gladiis impiorum occubuit:
presta quesumus ut omnes qui eius im-
plorant auxilium petitionis
sue salutarem consequantur effectum per
Invitatorium ant. V. ... devus
martir De sancto thoma episcopo lectio prima
Beatus igitur thomas postquam sus-
ceptum pastoralis officium super
humanam estimationem factus est
devotus. Conspicientibus enim repente
mutatus est in virum alium: cilicium
clam induit et femoralibus cilicinis
opus est usque ad poplites ...
nis et sub veste clericali honeste
habitum celans monachalem deo
studuit omnium virtutum operatione placere.

Cu-

lectio prima Cantuariensis agri sanguine perfudit omnibus dispositis beneficiis singulos quoque et iam correptos ad correctionem invitavit. Coruscationes namque miraculorum referunt paulatim ... tenebre ... Remedia dei intra bona ... pullulaverat ... in ... tu ... lectio 2a Coruscationem miraculorum ... cottidie in numeri a via sua mala et ... pectora sua ... ad dominum Coruscationem miraculorum fiat cottidie in ... egressus domum a ... oves tu autem domine.
Iusticia enim dei in eo reve-
latur ex fide in fidem sicut
scriptum est Iustus autem ex fide
vivit Revelatur enim ira dei
de celo: super omnem impieta-
tem et iniusticiam hominum eorum
qui veritatem dei in iniusticia detinent
quia quod notum est dei: manifestum

est illis Deus cum illis ma
nifestavit Tu autem Rm
Diligam te domine virtus mea
dominus firmamentum meum et refu
gium meum V Laudans invoca
bo dominum et ab inimicis meis
salvus ero Dominus firmamentum
Invisibilia enim ipsius a crea
tura mundi per ea que fac
ta sunt intellecta conspiciuntur
sempiterna quoque eius maie
stas et divinitas ita ut
sint inexcusabiles Quia
cum cognovissent deum
non sicut deum glorificaverunt
aut gratias egerunt sed eva
nuerunt in cogitationibus
suis et obscuratum est insi
piens cor eorum Tu autem
Domini est terra et plenitudo
eius orbis terrarum et universi qui
habitant in eo V Ipse super
maria fundavit eum et super
flumina preparavit eum orbis
V Celi enarrant gloriam
dei Responsorium Ps Exaudiat te dominus
in die tribulationis Responsorium V
Domine in virtute tua letabitur rex
Responsorium Exaltare domine Johannis ii ca
In illo t. Nuptie Sm Math
facte sunt in chana galilee
et erat mater ihesu ibi Ei
dem dominus et salva O ggr ppe 8o
tor noster ad nuptias vocatus
est; non solum venire sed et
miraculum ibidem quo convi
vas letificaret facere digna
tus est: audivit in superiori lectione
dilectissimi vestra Nuptie in quid
facte sunt in chana galilee
et erat mater ihesu ibi Vo

catus est autem et ihesus et disci
puli eius ad nuptias Rm
Ad te domine levavi animam meam
deus meus in te confido non eru
bescam V Neque irrideant me ini
mici mei et enim universi qui sus
tinent te non confundentur Deus meus
Miracula namque facturus
initia filius dei venit
ad nuptias ut ipsum doceret
dignus sub typo solis psalmi
sta canimus Et ipse tamquam
sponsus procedens de thalamo
suo Item et ipse de se quodam
loco suis quoque fidelibus ait Nunquid
possunt filii sponsi lugere quam
diu sponsus est cum illis Spon
sus ergo christus sponsa est
ecclesia: filii sponsi fideles eius
sunt Tu autem domine Rm
Audiam domine vocem laudis
tue ut enarrem universa mira
bilia tua V Domine dilexi decorem
domus tue et locum habitationis glo
rie tue Ut enarrem omnia lxx
Non igitur casu sed certi
gratia misterii venit ad nup
tias in terra carnali more ce
lebratas: qui ad copulandam
sibi ecclesiam de celo venit ad ter
ram Et deficiente vino: di
xit mater ihesu ad eum vinum
non habent Tu autem domine Rm
Peccata mea domine sicut sagitte
infixa sunt in me et antequam
vulnera generent in me sana me
domine medicamento penitentie deus V
Quoniam iniquitatem meam ego ag
nosco et delictum meum contra me est
semper tibi soli peccavi Sana me

Afflicti pro peccatis nostris cottidie cum
lacrimis expectamus finem nostrum
dolor cordis nostri ascendat ad te deus
ut eruas nos a malis que inno-
vantur in nobis v Domine deus israel
exaudi preces nostras omnibus peropere
dolorem cordis nostri Ut eruas nos
v Innuatis domine mediatorum laudes
Induitus est dominus fortitudine et pre-
cinxit se virtute alleluia alleluia alleluia anti
Dominus regnavit an Gloria et honor
et benedictio sedenti super thronum vi-
venti in secula seculorum a Deus
misereatur nostri et benedicat nobis il-
luminet vultum suum super nos et mise-
reatur nostri a Benedictio et claritas
et sapientia et graciarum actio honor
virtus et fortitudo deo nostro in secula
seculorum amen a Sanctus sanctus
sanctus dominus deus omnipotens qui erat
et qui est et qui venturus est
Capitulum
Fratres habentes donaciones
secundum graciam que data est no-
bis differentes sive prophetiam
secundum racionem fidei sive ministe-
rium in ministrando sive qui do-
cet in doctrina Deo gracias ympnus
Ethere rex conditor v Innuatis deus
Si necesse fuerit hic potuit cantari
antiphona dispensata ymnus Remansit puer
a Nupcie facte sunt in chana ga-
lilee et erat ibi ihesus cum maria
matre eius ps Laudate Collecta
Omnipotens sempiterne deus
qui celestia simul et terrena
moderaris supplicationes
populi tui clementer exaudi et
pacem tuam nostris concede temporibus
Tu mandasti domine mandata tua ad primam a
data tua custodiri nimis Deus deus
meus rex Ihesu Christe fili dei vivi ad terciam
ad vi. Benedicite persequentibus benedicite et
nolite maledicere Deo gracias ad nonam

Deduc me domine in semita manda-
torum tuorum ps Legem pone Ihesu
Inclina cor meum ad vi a Redi-
me me et miserere mei domine ps
Defecit Ihesu Iniquitatem domine ad nonam
Respice in me et miserere mei
domine ps Mirabilia v Clamavi
Dixit dominus cum In secundis vesperis
alius Capitulum ut supra ympnus Lucis
creator v Dirigatur domine ad te anti
Deficiente vino iussit ihesus im-
plere ydrias aqua que in vinum
conversa est alleluia ps Magnificat feria secunda
Venite exultemus domino Iubi-
lemus deo ympnus Somno refectis
a Dominus defensor v Domine
in celo misericordia tua leccio prima

Propter quod inexcusa-
bilis es o omnis homo
qui iudicas alterum: in
quo enim iudicas alterum te ipsum condempnas ea-
dem enim agis que iudicas
Scimus enim quia iudicium
dei secundum veritatem in eos
qui talia agunt Tu Ihesu
Quam magna multitudo dul-
cedinis tue domine quam ab-
scondisti timentibus te v Per-
fecisti eis qui speraverunt in te
domine in conspectu filiorum hominum Ihesu

Existimas autem hoc o homo
qui iudicas eos qui
talia agunt et facis ea
quia tu effugies iudicium
dei An divicias bonitatis
eius et pacie et longanimitatis
contempnis Ignoras quia
benignitas dei ad penitenciam ducit
Gaudete cum gaudentibus flete cum flen-
tibus idipsum invicem sencientes non alta
sapientes sed humilibus consencientes Deo gracias

Alia Nupcie facte sunt ... domino voce clare ... et ... in vinum et crediderunt in eum discipuli eius ... signorum fecit ihesus et manifestavit gloriam suam

Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo V. In domino laudabitur anima mea audiant mansueti et letentur. Semper laus

Secundum duriciam tuam et impenitens cor: thezaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum opera eius. Hiis qui secundum pacientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem querunt vitam eternam. Rm. Delectare in domino et dabit tibi peticiones cordis tui V. Spera in domino et fac bonitatem et inhabita terram et pasceris in diviciis eius. Et dabit tibi

lau

laudes. Aspice Rm. Sana animam a. Inclinavit ps. Deus [illegible] a. Magnificat anima mea dominum quia respexit deus humilitatem meam. Psalmi feria iiii. Iubilemus deo salutari nostro ps. Venite ymnus Consors paterni luminis an. Ut non delinquam in lingua V. Immola deo sacrificium lectio i.

Quicumque enim sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccaverunt per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Tu autem Rm. Auribus percipe domine lacrimas meas ne sileas quare remitte michi quia incola ego sum apud te et peregrinus V. Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea. Quia

Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente conscientia ipsorum et inter se cogitationum accusantium invicem aut etiam defendentium: in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum per Ihesum Christum. Tu autem Rm. Statuit dominus supra petram pedes meos et direxit gressus meos deus meus et immisit in os meum canticum novum V. Expectans expectavi dominum et respexit me et exaudivit vocem meam. Et immi.

Si autem tu iudeus cognominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo et nosti voluntatem eius et probas utiliora instructus per legem confidis teipsum esse ducem cecorum: lumen eorum qui in tenebris sunt eruditorem insipientium magistrum infantium habentem formam scientie et [illegible] Rm. Ego dixi domine miserere mei sana animam meam quia peccavi tibi V. Domine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me. Sana laudes. Secundum magnam a. Exultavit spiritus meus in deo salutari meo. In manu tua domine omnes feria quarta fines terre ps. Venite lectio prima

Qui autem alium doces teipsum non doces. Qui predicas non furandum furaris. Qui dicis non mechandum mechaberis. Qui ab-

formans ydola sacrilegium facis
Qui in lege gloriaris per preuari-
cacionem legis deum inhonoras Rm
Ne perdideris me domine cum iniqui-
tatibus meis neque in finem iratus reser-
ues mala mea v Miserere mei deus
miserere mei quoniam in te confidit ani-
ma mea Neque in finem iratus reser.
Nomen enim dei per vos blas-
phematur inter gentes
sicut scriptum est enim Circumcisio qui-
dem prodest si legem custodias
si autem preuaricator es legis circum-
cisio tua preputium facta est Si igitur
preputium legis custodiat iusticias
nonne preputium illius in circum-
cisionem reputabitur Tu autem Rm
Paratum cor meum deus paratum
cor meum cantabo et psalmum dicam
domino v Exurge gloria mea ex-
urge psalterium et cythara exur-
gam diluculo Cantabo et psal
Iudicabit enim quod ex natura est
preputium legem consummans te qui
per litteram et circumcisionem
preuaricator legis es Non enim
qui in manifesto iudeus est
neque que in manifesto circumcisio
Sed qui in occulto iudeus est et cir-
cumcisio cordis in spiritu non littera cuius laus
non ex hominibus sed ex deo est Rm
Adiutor meus tibi psallam quia
deus susceptor meus es deus me-
us misericordia mea v Eripe
me de inimicis meis deus meus
et ab insurgentibus in me libera me. Deus
Quid amplius Fer. quinta lc
iudeo est aut que vtilitas circum-
cisionis Multum per omnem
modum Primum quidem quia credita
sunt illis eloquia dei Quid
enim si quidam illorum non cre-
diderunt Numquid incredulitas
illorum fidem dei euacua-
bit Absit Est autem deus verax
omnis autem homo mendax
sicut scriptum est Ut iustificeris
in sermonibus tuis et vincas
cum iudicaris Tu autem Rm
Deus in te speraui domine non con-
fundar in eternum in tua iusticia
libera me et eripe me v I
Esto michi in deum protectorem
et in locum munitum ut saluum
me facias In tua iusticia
Si autem iniquitas nostra iu-
sticiam dei commendat
quid dicemus Numquid
iniquus deus qui infert iram
Secundum hominem dico Absit
Alioquin quomodo iudicabit deus
hunc mundum Si enim veritas
dei in meo mendacio habundauit
in gloriam ipsius quid adhuc
et ego tamquam peccator iu-
dicor Tu autem domine Rm
Repleatur os meum laude ut
ympnum dicam glorie tue tota
die magnificenciam tuam noli
me proicere in tempore senectutis
cum defecerit virtus mea ne dere-
linquas me v Gaudebunt
labia mea dum cantauero
tibi et anima mea quam redemisti
Cum defecerit virtus mea Lectio
Quid ergo precellimus
eos Nequaquam Causati

causati sumus iudeos et grecos
sub peccato omnes esse sicut scrip-
tum est. Quia non est iustus
quisquam non est intelligens
non est requirens deum. Omnes
declinaverunt simul inutiles
facti sunt. Non est qui faciat
bonum non est usque ad unum. Rm
Gaudebunt labia mea dum can-
tavero tibi et anima mea quam re-
demisti domine. V. Sed et lingua
mea meditabitur iusticiam tuam to-
ta die laudem tuam. Et anima
Gracias agimus inenarra-
bili pietati tue. lectio. iii
omnipotens deus qui nos de-
pulsa noctis caligine ad
diei huius principium perduxi-
sti et abiecta ignorancie ce-
citate ad cultum nominis tui
atque scientiam revocasti illabere
sensibus nostris omnipotens pater
ut in preceptis tuis consistentes
te duce sapiant et proficiant. Rm
Confitebor tibi domine deus in
toto corde meo et honorificabo
nomen tuum in eternum quia misericordia
tua deus magna est super me. V.
Et eripuisti animam meam ex in-
ferno inferiori. Quia misericordia. lectio
Scimus autem quoniam quecunque
lex loquitur hiis qui in
lege sunt loquitur ut omne
os obstruatur: et subditus fi-
at omnis mundus deo: quia
ex operibus legis non iustificabitur
omnis caro coram illo per legem
enim cognitio peccati. Tu autem. Rm
Misericordia tua domine magna est super
me et liberasti animam meam

ex inferno inferiori. V. Deus iniqui
insurrexerunt in me et fortes quesi-
erunt animam meam. Et liberasti. lectio
Nunc autem sine lege iusticia
dei manifestata est testifi-
cata a lege et prophetis. Iusticia
autem dei per fidem ihesu christi in
omnes qui credunt gloriam dei
Non enim est distinctio. Iustifica-
ti autem per gratiam et redemptionem
que est in christo ihesu. Quem pro-
posuit deus propiciatorem per fidem
in sanguine ipsius. Tu autem. Rm
Factus est michi dominus in refugium
et deus meus in auxilium spei
mee. V. Deus ulcionum dominus deus
ulcionum libere egit. Et deus
Ubi est ergo Sabbato lectio pa
gloriatio tua. Exclusa est.
Per quam legem factorum. Non sed
per legem fidei. Arbitramur enim
iustificari hominem sine operibus
legis. An iudeorum deus tantum
Nonne et gentium. Immo et gen-
tium. Quoniam quidem unus deus
qui iustificat circumcisionem ex fide
et prepucium per fidem. Tu autem. Rm
Misericordiam et iudicium canta-
bo tibi domine psallam et intelligam
in via immaculata quando venies
ad me. V. Perambulabam in in-
nocencia cordis mei in medio
domus mee. In via immacula-
Legem ergo destruimus per
fidem. Absit. Sed legem sta-
tuimus. Quid ergo dicemus inve-
nisse abraham patrem nostrum secundum car-
nem. Si enim ex operibus abraham
iustificatus est habet gloriam: sed non

apud deum. Quid enim dicit
scriptura? Credidit abraham deo
et reputatum est ei ad iusticiam.
Domine exaudi oracionem meam. Rm.
et clamor meus ad te veniat
quia non spernis deus preces
pauperis. V. De profundis clama
vi ad te domine domine exaudi vocem
meam. Quia non spernis.

Si autem merces non imputa
tur secundum graciam sed secundum
debitum. Ei vero qui non operatur
credenti in eum qui iustificat
impium: reputatur fides eius
ad iusticiam sicut dicit david
beati quorum remisse sunt iniquita
tes et quorum tecta sunt peccata. Rm.
Velociter exaudi me domine quia
defecerunt sicut fumus dies mei
Dies mei sicut umbra declina
verunt et ego sicut fenum arui. Quia de.

Non enim regnet [illegible] sabbato
peccatum in vestro mortali corpo
re ut obediatis concupiscentiis eius
Sed nec exhibeatis membra vestra
arma iniquitatis peccato sed exhi
bete vos deo tanquam ex mortuis
viventes et membra vestra arma
iusticie deo. Tr. Domine ne in ira

Peccatum enim vobis non dominabi
tur non enim sub lege estis
sed sub gracia. Quid ergo peccabimus
quia non sumus sub lege sed sub
gracia? Absit. Nescitis quoniam cui ex
hibetis vos servos ad obedien
dum servi estis eius cui obedistis
sive peccati ad mortem sive obe
diencie ad iusticiam. Tu autem
domine miserere nobis.

Gracias autem ago deo quod
cum fuistis servi peccati: obedi
stis autem ex corde in eam for
mam doctrine in qua traditi
estis. Liberati autem a peccato servi
estis iusticie. Humanum dico
propter infirmitatem carnis
vestre. Sicut exhibuistis mem
bra vestra servire inmundicie
et iniquitati ad iniquitatem
ita nunc exhibete membra
vestra servire iusticie in sanctificacionem.

Cum enim servi essetis peccati
liberi fuistis iusticie:
Quem ergo fructum habuistis
tunc in illis in quibus nunc
erubescitis? Nam finis illorum
mors est. Nunc vero liberati
a peccato servi autem facti deo habe
tis fructum vestrum in sanctificacionem
finem autem vitam eternam.

Stipendia enim peccati mors
gracia autem dei vita eterna
in christo ihesu domino nostro. An ig
noratis fratres? Scientibus enim
legem loquor quia lex in homine
dominatur quanto tempore vivit? Nam
que sub viro est mulier vivente
viro alligata est legi. Si autem
mortuus fuerit vir eius
soluta est a lege viri. [illegible]

Igitur vivente marito voca
bitur adultera si fuerit cum alio
viro. Si autem mortuus fuerit
vir eius liberata est a lege vi
ri ut non sit adultera si fuerit
cum alio viro. Ita fratres mei et
vos quidem mortificati estis
legi et corporis christi ut sitis

alterius viri qui ex mortuis resurrexit ut fructificaremus deo in illo. Tu. Cum autem Secundum Matheum viii descendisset ihesus de monte secute sunt eum turbe multe. Et reliqua.

[P]ost multa. Omelia beati Gregorii pape

[H]ac celestem doctrinam qua dominus et saluator noster suos instruxit discipulos primo occurrit ei leprosus ut evangelica narrat hystoria et adorabat eum dicens Domine si vis potes me mundare. Tu autem domine.

[A]gnouit autem plagam quia xpistus erat auctor legis et ad fidem confugit dicens Domine si vis potes me mundare ... plage dominus scriptum est ut signis lepra esset pressus ostenderet se sacerdotibus non ut mundaret sine curet extra castra

[S]ed leprosus iste voluntate domini tradidit et voluntate et contra voluntatem interrogabat: de pietate domini non dubitabat. Tu autem.

[F]ratres Nolite esse prudentes apud vos metipsos nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non tantum coram deo sed etiam coram omnibus hominibus. Ho.

Cum autem descendisset ihesus de monte ecce leprosus veniens adorabat eum dicens domine si vis potes me mundare et extendens manum tetigit eum dicens volo mundare. Psalmus Benedictus. Oratio

[O]mnipotens sempiterne deus infirmitatem nostram propicius respice atque ad protegendum nos dexteram tue maiestatis extende. Domine si tu vis potes me mundare et ait ihesus volo mundare.

Antiphona ad magnificat

Domine puer meus iacet paraliticus in domo et male torquetur. Amen dico tibi vadam et curabo eum. Magnificat

Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Magnificat

[P]aulus vocatus Dominica tercia apostolus ihesu xpisti per voluntatem dei et sostenes frater ecclesie dei que est corinthi: sanctificatis in xpisto ihesu vocatis sanctis: cum omnibus qui invocant nomen domini nostri ihesu xpisti in omni loco ipsorum et nostro. Gratia vobis et pax a deo et patre nostro ihesu xpisto. Tu. Domine ne in ira

[G]ratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est nobis in xpisto ihesu quia in omnibus divites facti estis in illo in omni verbo et in omni sciencia sicut testimonium xpisti confirmatum est in vobis

[F]idelis enim deus per quem vocati estis in societatem filii eius domini nostri ihesu xpisti. Obsecro vos fratres per nomen domini: ut id ipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sciencia. Tu autem domine

[H]oc autem dico quod unusquisque vestrum dicat; ego quidem sum Pauli ego autem Apollo ego vero Cephe ego autem xpisti. Divisus est xpistus. Numquid Paulus crucifixus est pro vobis aut in nomine Pauli baptizati estis. Tu autem. Lectio

[G]ratias ago deo meo quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum et Gaium. Baptizavi autem et Stephani domum. Ceterum nescio si quem alium vestrum baptizaverim. Non enim misit me xpistus baptizare sed evangelizare. Tu autem domine.

Non in sophia vbi ut eva-
cuet^r crux xpi vbū enī
pereuntibus quidē stulticia est
hiis aut qui salui fiūt idem
nobis virtus dei est Scriptū ē
enī perdam sapiam sapienciū
et prudenciā prudenciū reprobabo
Vbi sapiens vbi scriba vbi con-
quisitor huius seculi Ev autē
In illo t. Ascendente Sc̄ Mathēi viij
ihū in naviculam secuti sūt eū
discipuli eius etc. Gregor. px
Dns ihus xpus ascendit in
naviculam cū discipulis suis
sicut euuangelista refert ut navi-
garet transfretū et tempestas
magna facta est in mari ita ut
navicula operiret^r fluctibus Do-
minus dormiuit in navicula
Qui pro nobis mori dignatus
est necesse qui etiā vigilia ma-
tutina custodiuit prolixiū sicut peri-
culū maris passus est q nos
liberare dignatus est de eterno
mortis periculo Discipulis
operatus est q nos a sompno
infidelitatis et ignorancie per suos
predicatores cottidie operatur in
sancta eccia Et alio mō navi-
cula hec sca eccia intelligitur que
primo quidē tpe in paucorū mō
creuit: et totū mundū repleuit
Et ideo nō iam navicula sed
navis magna appellat^r Vnde
mare hoc seculū significat Et ecce
motus magnus factus ē in mari:

ita ut navicula operiret^r fluctibus
Fratres Nemini quidquam Ro xiij
debeatis nisi ut invicem
diligatis qui enī diligit pro-
ximum legem impleuit Ao
Ascendente ihū in navicula ecce
motus magnus factus est in ma-
ri et suscitauerunt eum discipuli
eius dicentes dne salua nos
perimus Vndus Collecta
Deus qui nos in tantis
periculis constitutos pro huma-
na scis fragilitate nō posse
subsistere: da nobis salu-
tem mentis et corporis: ut
ea que pro peccatis nris pa-
timur: te adiuuante vincamus Po
Non adulterabis ad ro. Cam ab ro
nō occides non furaberis
nō falsū testimoniū dices nō
concupisces rem proximi tui Ao
Et si quod est aliud ad ro
mandatū in hoc vbo instau- x9 Hor
ratur diliges proximū tuū
sicut te ipsum dilectio proxi-
mi malū non operatur Ao
Domine salua nos perimus
impera et fac deus tranquilli-
tatē magnā porro hoies cū
vidissent quod factū fuerat signum
dicebant qualis est hic quia
ventis imperat et mari et
obediunt ei p̄ Magt Dextera dni
Nam quia in dei sapiencia
cognouit mundus sapientiam
deum: placuit deo per stulticiam
am predicacionis saluos facere
credentes: qm et iudei signa

petunt et greci sapientiam que-
runt. Tu autem. Fm doie ne in
Nos autem predicamus xpm
crucifixum: iudeis quidem
scandalum gentibus autem stul-
ticiam: ipsis autem vocatis iude-
is et grecis xpm dei virtutem
et sapientiam quia quod stultum est
dei sapiencius est hominibus Et quod infi-
rmum est dei: forcius est hominibus
Videte enim vocationem vestram
fratres quia non multi sapi-
entes non multi nobiles sed
que stulta sunt mundi elegit
deus: ut confundat fortia et
ignobilia et contemptibilia mun-
di elegit deus ut que non sunt
et ea que sunt destrueret et non
glorietur omnis caro in conspectu eius
Ex ipso autem vos estis in
xpo ihu: qui factus est no-
bis sapiencia a deo et iusticia et
sanctificatio et redemptio quemad-
modum scriptum est Qui gloria-
tur in domino glorietur. Et si in vobis
iudicatur mundus indigni
estis qui de minimis iudicetis
Nescitis quoniam angelos iu-
dicabimus quanto magis
secularia. Secularia igitur iudicia si
habueritis contemptibiles qui sunt
in ecclesia illos constituite ad iu-
dicandum. Ad verecundiam vestram
dico. Sic non est inter vos sapi-
ens quisquam qui possit iudicare
inter fratrem suum. Tu autem
Iam quidem omnino delictum est
in vobis quod iudicia

habetis inter vos. Quare non magis
iniuriam accipitis Quare non
magis fraudem patimini Sed vos
iniuriam facitis et fraudatis: et
hoc fratribus. An nescitis quia ini-
qui regnum dei non possidebunt
In illo t. d. i. d. h. Secundum ~~lucam~~ mattheum xiii
parabolam hanc Simile est re-
gnum celorum homini qui seminavit
semen bonum in agro suo Cum
autem dormirent omnes homines:
venit inimicus eius et superseminavit
zizania in medio tritici et
abijt Et cetera. O. b. Augustini
Xpus filius dei qui in sinu
dei patris est hanc parabolam
exposuit de se ipso dicens Qui
bonum semen seminat filius est
hominis ager autem est mundus bo-
num autem semen hii sunt filii regni
zizania autem filii maligni Ini-
micus autem qui seminat zizania est
dyabolus. Messis est finis seculi
messores autem angeli sunt
Cum ergo venerit filius hominis
mittet angelos suos et col-
ligent de regno suo omnia scanda-
la et mittent in caminum ignis
ardentis ibi erit fletus et stri-
dor dencium. Tunc iusti fulgebunt
sicut sol in regno patris eorum
Ager enim qui est mundus
ecclesia est diffusa per mundum
qui triticum est permittit utrumque in
messem: qui sunt zizania mit-
tent sicud et triticum Hoc enim
inter est inter electos et veras spicas

et vera zizania Quod spica est
spica est et qui zizania est zi-
zania est Tn aut Capitulum
collos iii Fratres Induite vos sicut electi
dei sancti et dilecti: viscera
misericordie benignitatem humilitatem
modestiam paciam Deo gracias. antiphona
Domine nonne bonum semen seminasti
in agro tuo unde habet zizania
et ait hoc fecit inimicus homo oratio
ab eod Familiam tuam quesumus domine con-
tinua pietate custodi ut
que in sola spe gratie celestis
innititur celesti etiam protectio-
ne muniatur per ad iii Capitulum
ab eod Si quis adversus aliquem habet
querelam sicut et dominus dona-
vit vobis ita et vos super omnia
caritatem habete quod est vinculum
perfectionis Deo ad nonam Capitulum
Omne quodcumque facitis in verbo
aut in opere omnia in nomine domi-
ni ihesu christi gracias agentes deo
et patri per ipsum Deo gracias antiphona
Surgens ihesus imperavit ventis et
mari et facta est tranquillitas ma-
gna et mirati sunt omnes
Colligite primum zizania et alli-
gate ea fasciculos ad comburendum
triticum autem congregate in horreum
meum Postea nota quod si plures dominice fue-
rint usque ad lxx tunc repeti potest
ultima dominica Dominica in septuagesima
Alla Postea Benedictus cum aliis an-
tiphonis et psalmis usque in noctem pasche
Capitulum Fratres Induite vos sicut et
Alleluia Judica iudicium meum et
redime me alla a calumpniantibus
me alla vide humilitatem
meam et eripe me quia legem

tuam non sum oblitus Secula
permanentibus vsus Deus cuius ter
vel dies absolute v. vespertina
Simpsum cantate nobis alla
de canticis syon alla quomodo
cantabimus canticum domini in terra
aliena alla septuaginta
annos super flumina babilo-
nis sedimus et flevimus dum
recordaremur syon alla ibi sus-
pendimus organa nostra p dicitur
Familiam tuam quesumus antiphona
Sapientia clamitat in plateis maria conflu-
entis et de patrono ad
completorium non dicitur alla sed
laus tibi domine Quae in aliis ho-
ris usque ad vigiliam pasche tunc
ympnus Ihesu redemptor antiphona Salva
nos Invitatorium Adoremus
dominum ympnus Primo dierum antiphona Bo-
nitate duo p Unus vir vsus
Memor sum nocte lectio prima
In principio creavit deus celum Gen i
et terram Terra autem erat inanis
et vacua et tenebre erant
super faciem abyssi et spiritus
domini ferebatur super aquas
Dixitque deus fiat lux et
facta est lux et vidit deus lu-
cem quod esset bona et divi-
sit lucem a tenebris appella-
vitque lucem diem et tenebras
noctem Tu autem domine Ry
In principio fecit deus celum et
terram et creavit in ea hominem ad
ymaginem et similitudinem suam
Formavit igitur deus hominem
de limo terre et inspiravit in faciem

eius spiraculum vite per dyn magicu

Dixit vero deus Congre-
gentur aque que sub celo
sunt in locum unum et appareat
arida sfactumque est ita Voca-
vitque deus aridam terram
congregacionesque aquarum ap-
pellavit maria Et vidit
deus quod esset bonum et ait
Germinet terra herba virentem
et facientem semen iuxta ge-
nus suum lignumque pomiferum
faciens fructum et habens
unumquodque semen secundum speciem
suam Tu autem domine Rm
In principio creavit deus celum
et terram et spiritus domini ferebatur
super aquas et vidit deus cuncta
que fecerat et erant valde bona
Igitur perfecti sunt celi et terra
et omnis ornatus eorum Et vidit

Dixit autem deus ffiant
luminaria in firmamento
celi et dividant noctem ac
diem et sint in signa et
tempora et dies et annos ut
luceant in firmamento celi et
illuminent terram Et factum est
ita fecitque deus duo magna
luminaria luminare maius ut
preesset diei et luminare minus
ut preesset nocti et stellis Rm
Formavit igitur dominus hominem
de limo terre et inspiravit in
faciem eius spiraculum vite et
factus est homo in animam viventem
V In principio fecit deus celum
et terram et plasmavit in ea
hominem Et factus est homo

Dixit vero deus producant
aque reptile anime viventis
et volatile super terram: sub fir-
mamento celi Creavitque cete
grandia: et omnem animam vi-
ventem atque motabilem quam
produxerunt aque in species
suas et omne volatile secundum
genus suum Tu autem Rm
Tulit ergo dominus hominem et posuit
eum in paradisum voluptatis
ut operaretur et custodiret illud
V Formavit igitur dominus hominem
de limo terre et posuit eum in
paradisum Ut operaretur et cu

Dixit quoque deus producat
terra animam viventem in genere
suo et iumenta et reptilia et be-
stias terre secundum species suas factum-
que est itaque Et fecit deus besti-
as terre iuxta species suas iumenta
et omne reptile in genere suo Tu
Dixit dominus deus non est bonum esse
hominem solum faciamus ei adiuto-
rium simile sibi V Ade vero non
inveniebatur adiutor similis sibi di-
xit vero deus ffaciamus ei adiu

Dixitque deus Ecce dedi vo-
bis omnem herbam afferentem
semen super terram: et universa
ligna que habent in semetipsis
sementem generis sui ut sint vo-
bis in escas et cunctis animantibus
terre omnique volucri celi et univer-
sis que moventur in terra in quibus
est anima vivens ut habeant ad
vescendum Tu autem domine Rm
Immisit dominus soporem in adam

et tulit vnam de costis eius et
edificauit costam quam tulerat
dominus de adam in mulierem et addu-
xit eam ad adam ut videret quid
vocaret eam et vocauit nomen
eius virago quia de viro pro
sumpta est v Hoc nunc os ex ossi-
bus meis et caro de carne mea
Et vocauit Secundum Matheum xx mathe
In illo t. d. i. d. s. parabolam hanc
Simile est regnum celorum homini
patrifamilias qui exiit primo ma-
ne conducere operarios in vineam
suam Et reliqua. Omelia Beati Augustini aug
Regnum celorum patrifamilias simile
perhibetur qui ad colendam vi-
neam suam operarios conducat. Quis
vero patrifamilias qui exiit primo
mane similitudine rectius tenet
quam conditor noster qui regit quos
condidit et electos suos sic in mundo
possidet quasi subiectos dominus in domo Rm
Cum deambularet dominus in para-
diso ad auram post meridiem
clamauit et dixit Adam ubi es
audiui domine vocem tuam et abscon-
di me v Domine audiui auditum
tuum et timui Et abscondi
Hec itaque patrifamilias ad ex-
colendam vineam mane
operarios conducit quia a mundi
principio vsque ad finem ad erudien-
dam plebem fidelium predicatores
congregare non desinit Quia mane
etenim fuit ab adam vsque ad noe
hora autem tercia a noe vsque ad abra-
ham Sexta vero ab abraham vsque ad
moysen Nona autem a moyse vsque
ad aduentum domini Vndecima vero

ab aduentu domini vsque ad fi-
nem mundi In sudore Rm
In sudore vultus tui vesceris
pane tuo dicit dominus ad adam
cum operatus fueris terram non dabit
fructus suos sed spinas et tri-
bulos germinabit tibi v Pro
eo quod obedisti voci vxoris
tue plusquam mee maledicta
terra in opere tuo Non dabit
In hac vero hora vndecima
predicatores sancti apostoli missi
sunt qui mercede plena
et tarde venientes accepe-
runt Ad erudiendam ergo
plebem suam dominus ad exco-
lendam vineam suam nullo
tempore destitit operarios mi-
ttere: qui per patres et post-
modum legis doctores et pro-
phetas Ad extremum vero per
apostolos dum plebis sue exco-
luit mores In sudore Rm
Ecce adam quasi vnus ex no-
bis factus est sciens bonum et
malum videte ne forte sumat
de ligno vite et viuat in eter-
num v Cherubim et flameum
gladium atque versatilem ad cu-
stodiendam viam ligni vite
videte ne forte sumat de
Te deum laudamus non dicatur.
[illegible] Ecce adam Rm
Vbi est abel frater tuus dixit
dominus ad cain nescio domine numquid
custos fratris mei sum ego et dixit
ad eum quid fecisti Ecce vox san-
guinis fratris tui abel clamat
ad me de terra v Maledicta terra

in ore tuo que aperuit os suum
et suscepit sanguinem fratris tui de
laud manu tua. Ecce vox. Laudes
Miserere mei deus et a delicto
meo munda me quia tibi so-
li peccavi. ps Confitebor
tibi domine qui exaudisti me
ps Confitemini a Deus deus
meus ad te de luce vigilo quia
factus es adiutor meus a
Benedictus es in firmamento
celi et laudabilis in secula deus
noster a Laudate dominum de ce-
lis. ps Laudate Capitulum
i corinthiorum IX Fratres nescitis quod hii qui 2 vis
in stadio currunt omnes
quidem currunt sed unus
accipit bravium sic currite
ut comprehendatis. Deo. ant
Simile est enim regnum celorum
homini patrifamilias qui exiit
primo mane conducere operarios
in vineam suam dicit dominus
Benedictus dominus. Collecta
Preces populi tui quesumus domine
clementer exaudi ut qui
iuste pro peccatis nostris affligimur
pro tui nominis gloria misericor-
ad primam diter liberemur per. Ad primam a
Conventione autem facta cum oper-
ariis denario diurno misit eos dominus
in vineam suam. ps Deus deus
meus re. a Ite et vos in vi-
neam meam et quod iustum fuerit
dabo vobis. ps Legem pone. au
Quid hic statis tota die ociosi
responderunt et dixerunt ne-
mo nos conduxit. ps Defecit
Omnis enim qui Capitulum ad sextam abcd
in agone contendit ab omni-
bus se abstinet et illi quidem

ut corruptibilem coronam accipiant
nos autem incorruptam. Deo gratias
Dixit pater familias operariis suis
quid hic statis tota die ociosi at illi
respondentes dixerunt quia nemo
nos conduxit ite in vineam meam
et quod iustum fuerit dabo vobis. ps
Mirabilia testimonia. Capitulum ad nonam
Nolo enim ignorare vos fratres i corinthiorum X
quoniam patres nostri omnes sub nube
fuerunt et omnes mare transierunt
et omnes in moyse baptizati sunt
in nube et in mari. Deo gratias
In ii vesperis Dixit dominus. ympnum cum aliis
ympnus Lucis creator. versus Dirigatur. ant
Cum autem sero factum esset dixit
dominus vinee procuratori suo voca
operarios et redde illis mercedem.
ps Magnificat. Deinceps ferialibus
diebus dicant ant. ad mat. de hy-
storia super psalmos. Capitula vero autem
semper magis per ebdomadam dicantur
Voca operarios et redde illis mer-
cedem suam dicit dominus. a Hii novis-
simi una hora fecerunt et pares
illos nobis fecisti qui portavimus
pondus diei et estus. a Dixit
autem pater familias amice non
facio tibi iniuriam nonne ex dena-
rio convenisti mecum tolle quod tuum
est et vade. a Tolle quod tuum
est et vade quia ego bonus sum
dicit dominus. a Non licet mihi facere
quod volo an oculus tuus nequam
est quia ego bonus sum dicit dominus
Erunt primi novissimi et novis-
simi primi multi enim sunt vocati
pauci vero electi. a Multi enim

sunt vocati pauci vero electi dicat
dominus fer. ebdomada lectio
Plantaverat autem dominus deus
paradisum voluptatis a princi-
pio in quo posuit hominem quem
formaverat Produxitque de
humo terre omne lignum quod
pulchrum erat visu et ad vescen-
dum suave; lignum etiam vite
posuit in medio paradisi li-
gnumque scientie boni et mali Et
fluvius egrediebatur de loco volu-
ptatis ad irrigandum paradisum
qui inde dividitur in quatuor
capita nomen uni phison ipse
est qui circuit totam terram evilat
ubi nascitur aurum et aurum terre
illius optimum est ibi inveni-
tur bdellium et lapis onichi-
nus Et nomen fluvio secundo
gyon ipse est qui circuit omnem
terram ethiopie Nomen vero
fluvii tercii tigris ipse vadit contra
assirios Fluvius autem quartus
ipse est eufrates Tulit ergo
dominus deus hominem et posuit eum
in paradisum voluptatis ut opera-
retur et custodiret illud precepit-
que ei dicens Ex omni ligno
paradisi comede de ligno autem
scientie boni et mali ne comedas
In quocumque autem die comederis ex
eo morte morieris Dixit quoque
deus Non est bonum hominem esse
solum faciamus ei adiutorium simile
sibi Formatis ergo dominus deus
cunctis animantibus et volatilibus

pr ij in

celi adduxit ea ad adam
ut videret quid vocaret ea
Omne enim quod vocavit adam
anime viventis ipsum est nomen
eius Appellavitque nominibus
suis adam cuncta animancia
et volatilia celi et omnes
bestias terre Adam autem dne
Dominica in sexagesima anti.
Benedictus ipsum cum aliis
Cap. Fres uesatis quod ut s
Benedicens ergo deus noe ait
nequaquam ultra maledicam
terre propter homines ad ymagi-
nem quippe dei factus est homo V.
Hoc erit signum federis inter
me et terram arcum meum ponam
in nubibus celi propter hominem
R. Deus creator V. vesper-
tina oratio ascendat anti.
Plantaverat autem dominus deus
paradysum voluptatis a princi-
pio in quo posuit hominem quem
formaverat P. Magnificat
Alia omnia ut ante Invitat.
Adoremus dominum R. Primo dicto
A. Servite domino V. [illegible]
Factum est autem post multos In Genesis iiii
dies ut offerret Cayn
de fructibus terre munera
domino Abel quoque obtulit
de primogenitis gregibus
suis et de adipibus eorum
Et inflamatus est cor eius propter
eius propter cayn non et
propter sacrificium eius non infla-
mavit Iratusque est cayn
vehementer et concidit vultus eius

Dixit dns ad noe finis vniuerse
carnis venit coram me repleta
est tra iniquitate eorum et ego dis-
perdam eos cum tra v Fac tibi
archam de lignis leuigatis
mansiunculas in ea facies Repl
Dixitque cayn ad abel fratrem
suum Egrediamur foras:
Cumque essent in agro consurrexit
cayn adversus abel fratrem suum
et interfecit eum Et ait dns
ad cayn Ubi est abel frater
tuus Qui rndit nescio Numquid
custos fris mei sum ego dixitque
qz ad eum quid fecisti Vox san-
guinis fris tui clamat ad me
de terra Tu aut domine Rm
Noe vir iustus atque perfectus
cum deo ambulavit et fecit
omnia que precepit ei dns v
Et fecit sibi noe archam ut sal-
varet vniuersum semen Et fec
Nunc ergo maledictus eris
super terram: que ape-
ruit os suum et suscepit
sanguinem fris tui de manu
tua Cum operatus fueris terram
non dabit fructum suum Vagus
et profugus eris super terram Rm
Facto diluvio super terram
quadraginta diebus multipli-
cate sunt aque et elevaverunt
archam in sublime a terra v
Vehementer inundaverunt aque
et repleverunt omnia in superficie terre Et
Dixitque cayn ad dnm Ma-
ior est iniquitas mea

qua ut veniam merear Ecce eie-
cisti me hodie a facie tua et a fa-
cie terre et ero vagus et profugus
in terra Omnis ergo qui invenerit
me occidet me Dixitque ei dns
Nequaquam ita fiet sed omnis qui occiderit
cayn septuplum punietur posuit
qz dns signum cayn ut non inter-
ficeret eum omnis qui invenisset eum Rm
Iustus noe perfecit omnia que locu-
tus est ei deus et dixit ad eum
ingredere in archam quia te vidi
iustum coram me in generatione ista v
Ex omnibus animantibus mundis
sed et volatilibus celi tolle tecum
septena et septena masculum et
feminam ut vivere possint Ingredere
Egressus qz cayn a facie
dni habitavit in terra profu-
gus ad orientalem plagam
eden Cognovit aut cayn uxo-
rem suam que concepit et peperit
enoch porro enoch genuit
irad et irad genuit maviael
et maviael genuit mathusael
Archa ferebatur super aquas et aqua
nimium prevalentes operti sunt
montes excelsi sub vniuerso celo v
Aqua cubitis quindecim super gra-
diens montes quos operuerat
Operti sunt montes excelsi
Cognovit qz adam adhuc
uxorem suam et peperit filium
vocavitque nomen eius seth dicens
posuit michi dns semen aliud
pro abel quem occidit cayn Sed et
seth natus est filius quem vocavit

enos. Iste cepit invocare nomen
domini. Hic liber generationis adam
Vixit autem adam centum triginta
annis et genuit filium ad ymagi-
nem et similitudinem suam et vocavit
nomen eius seth. Cum autem d(eus). R.
Deletis cunctis substantie super ter-
ram remansit solus noe et qui
cum eo erant in archa. V. Consumpta
vero omni carne et omnibus que in
erant spiraculum vite remansit sole (?)
In illo t(empore) d(ixit) i(hesus) d(iscipulis) s(uis). Secundum matheum. (luce viii)
similitudinem hanc Exiit qui
seminat seminare semen suum et
dum seminat aliud cecidit secus
viam et conculcatum est et volu-
cres celi comederunt illud Et cetera
Lectio sancti evangelii. O(meli)a b(eat)i gregorii
Lectio quam modo fratres audistis exposi-
tione non indiget sed ammonitione
Quam enim per semet ipsam veritas
exposuit hanc discutere humana
fragilitas non presumit. In R(esponsorio)
Peractis autem quadraginta die-
bus dominus aquas minuit fontes
abyssi et cataractas celi clausit plu-
vias quoque de celo cessare fecit. V. Recordan-
tes dominus noe et eorum qui erant
cum eo fontes abyssi et cataractas.
Sed est quod sollicite instat
ipsa expositione dominica per-
scrutari debeamus quia vos nobis-
cum verbum agri mundi volucres
demonia spinas divitias signi-
ficare diximus ad credendum vo-
bis mentes vestra scripta dubitaret
Requievit archa mense septimo
super montes armenie et aque
ibant et decrescebant usque ad deci-
mum mensem. V. Decimo enim mense

primo die mensis cacumina montium
apparuerunt Et aque ibant
Et tamen si prime sunt que cogi-
tationum suarum compunctione
mentem lacerant et cum usque ad
peccatum pertrahunt quasi inflicto
vulnere cruentant. Quas bene in lo-
co quo alio evangelista testante ve-
quasi divitias dominus sed falla-
ces divitias appellat. In R(esponsorio)
Descendamus et confundamus linguam
filiorum noe dicit dominus ut non intel-
ligat unusquisque vocem proximi
sui atque ita divisit eos ex illo
loco in universas terras et cessave-
runt edificare civitatem. V. Et ideo
vocatum est babel nomen loci illius
quia ibi divisum est labium
universe terre. Atque ita. Laudes. Capitulum (?)
Fratres libenter suffertis. Capitulum
Fratres insipientes cum sitis
ipsi sapientes sustinetis enim
si quis vos in servitutem redigit
si quis devorat si quis acci-
pit si quis extollitur si quis
in faciem vos cedit. Deo (gratias). R.
Cum turba plurima convenirent
ad ihesum et de civitatibus properarent
ad eum dixit per similitudinem
Exiit qui seminat seminare semen
suum. Ps. Benedictus. Collecta
Deus qui conspicis quia
ex nulla nostra actione con-
fidimus concede propicius ut
contra adversa omnia doctoris
gentium protectione muniamur. Per.
Semen cecidit in terram bonam
et obtulit fructum in patientia
Ps. Deus deus meus respice

Semen cecidit in terram *ant.*
bonam et obtulit fructum aliud
centesimum et aliud sexagesimum
ps. Legem pone michi *ant.*
Qui verbum dei retinent corde per-
fecto et optimo fructum afferunt
ad 6 in paciencia *p.* Deficit *Cap. ad cor.*
II corinth. xii Ne magnitudo revelacionum
extollat me datus est michi
stimulus carnis angelus
sathane qui me colaphizet
propter quod ter dominum rogavi
ut discederet a me et dixit
michi sufficit tibi gracia mea nam
virtus in infirmitate perficitur Deo.
Ihesus hec dicens clamabat
qui habet aures audiendi au-
diat   Mirabilia *Cap. ad cor.*
ad 9 Libenter igitur gloriabor in in-
firmitatibus meis ut inhabitet in
me virtus Christi propter quod
placeo michi in infirmitatibus et
contumeliis in necessitatibus in
persecucionibus in angustiis pro
In 2a die Christo Deo gracias *In secundis vesperis a.*
Dixit dominus Ihesus turbis alias Ca-
pitulum et oracio ut supra In laudibus
creator v. Dirigatur domine *a. ad magt.*
Quod autem cecidit in terram bonam
hii sunt qui in corde bono et
optimo verbum dei retinent et
fructum afferunt in paciencia
ps. Magnificat *an.* Exiit qui
seminat seminare semen suum
et dum seminat aliud cecidit in
terram bonam et fecit fructum
centuplum *an.* Vobis datum
est nosse misterium regni dei
ceteris autem in parabolis dixit
Ihesus discipulis suis *an.* Si vere
fratres divites esse cupitis veras
divicias amate *a.* Si culmen veri
honoris queritis ad illam celestem
patriam quantocius properate *a.* Si
gloriam dignitatum diligitis in illa su-
perna angelorum curia ascribi festi- leg.
nate *legenda per ebdomadam*
Vixit autem adam postquam
genuit seth octingentis
annis et genuit filios et fi-
lias Et factum est omne tempus
quod vixit adam anni nongenti
triginta et mortuus est Vixit
autem lamech postquam genuit
noe quingentis nonaginta et
quinque annis et genuit filios
et filias Et facti sunt omnes
dies lamech septingenti sep-
tuaginta septem anni et mor-
tuus est Noe vero cum quingen-
torum esset annorum genuit sem
cham et iafeth Cumque cepissent
homines multiplicari super terram
et filias procreassent videntes
filii dei filias hominum quod
essent pulcre acceperunt sibi
uxores quas elegerant Dixitque
deus Non permanebit spiritus meus
in homines istos in sempiternum quia
caro sunt eruntque dies illorum
centum viginti anni Noe vero
invenit graciam coram domino Hee
sunt generaciones noe Noe vir
iustus atque perfectus fuit in
generacionibus suis cum deo ambulavit.

et genuit tres filios sem
cham et iaphet Corrupta e
aut tra cora deo et repleta
est iniquitate Cumq vidisset ds
tra corrupta ois quippe caro
corrupat via sup tram dixit
q deus ad noe finis uniuse
carnis venit cora me Reple
ta est tra iniquitate a facie
eorum et ego disperdam eos cum
tra Fac tibi archam de ligs
levigatis mansiuculas i ea
facies et bitumine linies in
trinsecus et extrinsecus et sic
facies eam Cn au domne
Dnica in quinquagesima anti
Benedictus xpm cum ceteris
Capitulum Fres libent suffer
tis insipientes ut ante Rn
Revertenti abraham a cede quinq
regum occurrit rex salem melchi
sedech offerens pane et vinum erat
enim dei sacerdos et benedixit illi V
Benedictus abraham deo altis
simo qui creavit celum et terram
Glia patri et filio Et benedixit
V Deus creator V Vespertina
a Vobis datum est nosse V Ant
Colcta Deus qui conspicis q
sa omia ut ante Invitatorium
Adoremus dnm ps Pmo dicas omn
laudate dno V Memor sui noe
Gen xvij Post centum quinquaginta
dies mense septimo vicesi
ma et septima die mensis
requievit archa sup montes
armenie At vero aque ibant
et decrescebant usq ad decimum
mensem Decimo enim mense pma
die mensis apparuerunt cacumi
na montium Cn aut dne Rn
Locutus est dns ad abraham di
cens egredere de tra et de cognacione
tua et veni in tram quam monstra
vero tibi et faciam te crescere in gen
tem magnam V Benedicens benedica
tibi et multiplicabo te Et faciam
Cumque misit quoq columbam
ut videret si iam cessassent
aque diluvii sup tram Que
cum non invenisset ubi requiesceret
pes eius reversa est ad eum
in archam aque enim erant sup
universam tram Extenditq
noe manum sua et apprehendens
columbam intulit in archam R
Apparuerunt tres viri abrahe
ad radicem manbre et dixit ad
eum dne si in veni gratiam in ocu
lis vestris venite et requiescite
in loco isto Ne transeas famulum tu
um dne sed afferam parvillum
aque et laventur pedes vri Vestr
Intellexit aut noe qd cessas
sent aque expectavitq nichilo
minus septem alios dies et emi
sit columbam Que non ultra re
versa est ad eum Anno sexcentesimo primo
pmo sexti die mensis arefacta
est tra Locutus est dns ad noe
dicens Egredere de archa tu et
uxor tua filii tui et uxores
filiorum tuorum tecum Cn Pro
Cum staret abraham ad radicem
mabre vidit tres pueros descen-

dentes per viam tres vidit et
unum adoravit V. Dixit dominus ad
abraham ecce sara uxor tua
pariet tibi filium et vocabis no-
men eius ysaac Tres vidit

Cuncta animancia que sunt
apud te ex omni carne tam
volucribus quam reptilibus super
terram educ tecum et ingredi-
mini super terram Crescite et mul-
tiplicamini super eam Egres-
sus est noe et uxor eius
filii eius et uxores filiorum
eius cum eo pariter et omnia animancia
iumenta et reptilia Tunc ait Rm

Temptavit deus abraham et di-
xit ad eum tolle filium tuum quem
diligis ysaac et offeres illum
ibi in holocaustum super unum
montium quem dixero tibi V. Immo-
la deo sacrificium laudis et redde
altissimo vota tua Super unum

Edificavit autem noe altare
domino et tollens de cunctis
pecoribus mundis obtulit
holocaustum super altare Odo-
ratus est dominus odorem suavi-
tatis et dixit Nequaquam ultra
maledicam terre propter homines
Sensus enim et cogitacio humani
cordis in malum prona sunt
ab adolescencia sua Tunc Rm

Vocavit angelus domini abra-
ham de celo dicens benedicam
tibi et multiplicabo te sicut
stellas celi V. Et benedicentur in
te omnes tribus terre quia obe-
disti voci mee Et multipli

Benedixit ergo deus noe et filiis
eius et dixit ad eos Crescite et
multiplicamini et replete terram:
et terror vester ac tremor sit su-
per cuncta animancia terre et super omnes
volucres que moventur in terra
Omnes pisces maris manui
vestre traditi sunt et omne quod
movetur et vivit erit vobis
in cibum quasi olera virencia tra-
didi vobis omnia Excepto quod
carnem cum sanguine non comedetis

Angelus domini vocavit abraham
dicens ne extendas manum tuam
super puerum eo quod timeas dominum
V. Et benedicentur in te omnes tribus
terre eo quod obe Secundum lucam xpm

In illo tempore Assumpsit ihesus duo-
decim discipulos suos et ait
illis Ecce ascendimus ierosolimam
et consummabuntur omnia que scripta
sunt per prophetas de filio hominis
Et reliqua Omelia Augustini episcopi Angl 4

Redemptor noster providens ex
passione sua discipulorum
animos perturbandos: eis lon-
ge ante et eiusdem passionis
penam: et resurrectionis sue glo-
riam predixit ut cum morien-
tem sicut predictum est cernerent. cerneretur
resurrecturum non dubitarent

Deus domini mei abraham diri-
ge vias meas ut cum salute rever-
tar in domum domini mei V. Deus
in cuius conspectu ambulaverunt
patres nostri dirige qui pascis me
a iuventute mea Ut cum salute

Sed quia carnales adhuc
discipuli nullo modo vale-
bant verba misterii capere venit

ad miraculum autem corporalis
cecus lumen recipit: ut qui cele-
stis misterii verba non caperent
eos ad fidem celestia facta soli-
darent. Tu autem domine. R/m
Descendens ergo deus ad abra-
ham pluit ignem et sulphur
super sodomam abraham ma-
ne surgens stetit et cineres ur-
bis a longe conspexit V/ Recorda-
tus est deus abraham et liberavit
loth de subversione sodome. Abra(ham)
Cecus enim quis iuxta hi-
storiam cecus iste fuit ig-
noramus sed hic quid per misteri-
um significet novimus. Cecus
quippe est genus humanum
quod in parente primo de paradisi
gaudiis expulsum claritatem
superne lucis ignorans dam-
pnacionis sue tenebras patitur
sed tamen per redempcionis pre-
sentiam illuminatur ut in eterne lu-
cis gaudia iam per desiderium
videat atque in via vite bonis o-
peribus gressus ponat. Tu. R/m
Cecus sedebat secus viam transeun-
te domino et exclamavit ad eum
ait illi dominus quid vis ut faciam
tibi rabboni ut videam lumen
Et qui preibant increpabant eum
ut taceret ipse vero multo magis
clamabat Rabboni R/m
Veni hodie ad fontem aque et
oravi dominum dicens domine deus ab-
raham tu prosperum fecisti desiderium
meum V/ Igitur puella cui dixero
da mihi aquam de ydria tua ut bi-
bam at illa dixerit bibe domine nam
et camelis tuis potum tribuam
ipsa est quam preparavit dominus filio

domini mei. Domine deus. Laudes
Secundum multitudinem miseracio-
num tuarum domine dele iniquitatem meam
Ps Miserere A/ Deus meus es tu
et confitebor tibi deus meus
es tu et exaltabo te Ps Confitemini
A/ Ad te de luce vigilo deus
ut videam virtutem tuam Ps Deus
deus A/ Hympnum dicite et super-
exaltate eum in secula benedicite
Ps Benedicite A/ Omnes angeli
eius laudate dominum de celis Ps Lau(date)
Fratres Si linguis hominum lo-
quar et angelorum cari-
tatem autem non habeam factus
sum velud es sonans aut
cymbalum tinniens Deo gracias
Cum appropinquaret iericho cecus qui-
dam interrogabat quid hoc esset
dixerunt autem ei quod ihesus naza-
renus transiret et clamabat
dicens ihesu fili david miserere mei
Ps Benedictus Collecta
Preces nostras quesumus domine clemen-
ter exaudi atque a peccatorum
onis et de manu bestie liberavit
me ipse me eripiet de manibus
inimicorum meorum v. Eripuit de
manum suam et vitatem suam
diam mea eripuit de medio ca-
tulorum leonum Ipse me eripiet
Venit ergo et immolavit
Helchana: deditque Fe-

ncne vxori sue et cunctis fi-
liis suis et filiabus partes
Anne autem dedit unam partem
tristis quia Annam diligebat.
Dominus autem concluserat vulva
eius Tu autem domine Rm
Planxit autem David planctum
magnum super Saul et Jonathan
filium eius et dixit quomodo ceci-
derunt fortes in bello et inter-
ierunt arma bellica V. Mon-
tes gelboe nec ros nec plu-
via super vos descendat Gl. Ce-
AFfligebat quoque Annam
emula eius et vehemen-
ter angebat intantum ut expro-
braret quod dominus conclusisset
vulvam eius sicque faciebat
per singulos annos cum rede-
unte tempore ascenderent tem-
plum domini et sic provocabat
porro illa flebat et non
capiebat cibum Tu autem Rm
Montes gelboe nec ros nec
pluvia veniat super vos
ubi ceciderunt fortes Israel V.
Omnes montes in circuitu eius
visitet dominus a gelboe transeat
ubi ceciderunt fortes Israel Rm
Ego te tuli de domo patris tui
dicit dominus et posui te pascere
gregem populi mei et fui tecum
in omnibus ubicumque ambulasti
firmans regnum tuum in eternum V.
Fecique tibi nomen grande iuxta
nomen magnorum qui sunt in
terra firmans regnum tuum i.
DIxit ergo ei Helchana
vir suus Anna cur
fles et quare non comedis

et quare affligitur
cor tuum Numquid ego non
melior sum quam decem filii R
Exaudisti domine orationem servi
tui ut edificarem templum nomini
tuo Benedic et sanctifica domum
istam in sempiternum deus Israel
V. Domine qui custodis pactum
et misericordiam cum servis tuis qui
ambulant coram te in toto
corde tuo Benedic et sanctifica.
SUrrexit autem Anna postquam
comederat et biberat in Sylo
et Heli sacerdote sedente super
sellam ante postes templi
domini cum esset amaro animo ora-
vit dominum flens largiter Rm
Dne si conversus fuerit populus tuus
oraverit ad sanctuarium tuum tu exaudies
de celo domine et libera eos
de manibus inimicorum eorum V.
Si peccaverit in te populus tuus et
conversus egerit penitenciam ve-
niensque oraverit in loco isto Tu exq
Omelia que in fine hystoriarum
et sic per ordine capitula et orationes
cum antiphonis Responsorium
Audi domine hymnum et orationem
quam servus tuus orat coram
te hodie ut sint oculi tui aperti
et aures tue intente super do-
mum istam die ac nocte V. Respi-
ce domine de sanctuario tuo et de
excelso celorum habitaculo Rn
Peccavi super numerum arene maris
et multiplicata sunt peccata mea
et non sum dignus videre al-
titudinem celi pre multitudine
iniquitatis mee quoniam irritavi iram
tuam et malum coram te feci V.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.

et delictum meum coram me est semper
tibi soli peccavi. Et malum. R.
Preparate corda vestra deo et servi-
te illi soli et liberabit vos de ma-
nibus inimicorum vestrorum. V. Auferte
te deos alienos de medio vestri.
Et liberabit vos de manibus. R.
Recordare domine testamenti tui et dic
angelo percucienti cesset iam
manus tua ut non desoletur
terra et ne perdas omnem animam
vivam. V. Quiescat ira tua
domine a populo tuo et a civitate
sancta tua. Ut non desoletur.
R. Factum est dum tolleret dominus he-
liam per turbinem in celum heliseus
clamabat dicens pater mi
pater mi currus israel et auri-
ga eius. V. Et levavit pallium
helie quod ceciderat ei et percus-
sit aquas et dixit pater mi.
lau Laudes Regnavit dominus. Capitulum
Sna sc ita Conclias ympnus
Ecce iam noctis. V. In matutinis
domine meditabor in te. loco pcdd. p·bo·
Et votum vovit anna di-
cens domine deus exerci-
tuum si respiciens videris
afflictionem famule tue et
recordatus mei fueris nec
oblitus ancille tue dederisque
serve tue sexum virilem da-
bo eum domino omnibus diebus
vite eius et novacula non
ascendet super caput eius.
Factum est autem cum anna
multiplicaret preces suas
coram domino et hely observa-
ret os eius porro anna lo-
quebatur in corde suo tantum eius
labia movebantur et vox

penitus eius non audie-
batur. Estimavit igitur hely
temulentam dixitque ei
usquequo ebria eris digere
paulisper vinum quo mades.
R. Respondens autem anna
dixit nequaquam domine
inquit mi nam mulier
infelix ego sum nimis
vinumque et inebriari potest
non bibi sed effudi animam
meam in conspectu domini.
Ne reputes ancillam
tuam quasi unam de filia-
bus belial quia ex multi-
tudine doloris et meroris
locuta sum usque in presens. do pelli Sermo sa
R. Benedixit ergo hely an- in regum po d'me
nam in domum suam
dicens vade in pace et
deus israel det tibi petitionem
tuam quam rogasti eum. Et
illa dixit utinam ancilla
tua inveniat graciam in
oculis tuis. Et abiit mu-
lier in viam suam et co-
medit vultusque eius non
sunt amplius in diversa
mutati. Et surrexerunt ma-
ne et adoraverunt coram
domino reversique sunt et
venerunt in domum suam in ra-
matha. Cognovit autem
helcana annam uxorem
suam et recordatus est eius
dominus. Et factum est post circuli
dies concepit anna et
peperit filium vocavitque.

nomen eius Samuel eo quod
a domino postulasset eum. Ascen-
dit autem vir eius Helcana
et omnis domus eius ut im-
molaret domino hostiam sollempnem
et votum suum et Anna non
ascendit. Dixit enim Anna
viro suo non vadam donec
ablactetur infans et ducam
eum et appareat ante con-
spectum domini et maneat
ibi iugiter. Et ait ei Hel-
cana vir suus: Fac quod
tibi bonum videtur et mane
donec ablactes eum precorque
ut impleat dominus verbum suum.
Mansit ergo post dominicam
mulier in Ramatha et
lactavit puerum suum donec
amoveret eum a lacte. Et ad-
duxit eum secum postquam
ablactaverat in vitulis tri-
bus et tribus modiis fa-
rine et amphora vini et
adduxit eum in Sylo. Puer
autem adhuc erat infantulus
et immolaverunt vitu-
lum et obtulerunt puerum
Heli. Cumque obtulisset Anna
puerum coram domino et ait
ad Heli sacerdotem: Obsecro
mi domine vivit anima tua
domine ego sum illa mulier
que steti coram te hic orans
pro puero isto dominum. Oravi
et dedit michi peticionem
meam quam postulavi eum.
Iddico et ego eum accomo-
davi domino cunctis diebus
quibus fuit accomodatus
erit domino. Et adoraverunt
ibi dominum. dominica tercia
In diebus illis non erat vi-
sio manifesta. Factum est ergo
quadam die Heli iacebat
in lecto suo et oculi eius
caligaverant nec poterat videre
lucernam dei antequam extingue-
retur. Samuel autem dor-
miebat in templo domini ubi
erat archa. Et vocavit dominus
Samuel. Qui respondens ait
Ecce ego. Et cucurrit ad Heli
et ait: Ecce ego vocasti enim
me. Qui dixit: non vocavi
revertere et dormi. Abiit
et dormivit. Et adiecit
dominus rursum vocare Samuel.
Consurgensque Samuel abiit
ad Heli et dixit: Ecce ego quia
vocasti me. Qui respondit
non vocavi te fili mi revertere
et dormi. Porro Samuel
needum sciebat dominum neque reve-
latus fuit ei sermo domini. Et
adiecit dominus et vocavit adhuc
Samuel. Qui consurgens abiit ad He-
li et ait: Ecce ego quia
vocasti me. Intellexit ergo
Heli quia dominus vocaret puerum
et ait ad Samuel: Vade
et dormi et si deinceps vo-
caverit te dices: Loquere domine
quia audit servus tuus.
Abiit ergo Samuel et
dormivit in loco suo. Et

post dominicam
1 regum iii

venit dominus et stetit et vocavit
sicut vocaverat secundo et tercio
samuel samuel. Et ait sa-
muel loquere domine quia au-
dit servus tuus. per ebdomadam
Et ait dominus ad samuel
Ecce ego facio verbum
in israel quod quicumque audierit
tinnient ambe aures eius
In die illa suscitabo adversum
hely omnia que locutus sum
super domum eius incipiam
et complebo predixi enim
ei quod iudicaturus essem
domum eius in eternum propter
iniquitatem eo quod noverat
indigne agere filios suos et
non corripuit eos. Ideo iuravi
domui hely quod non
expietur iniquitas victimis
et muneribus usque in eternum
Dixit samuel feria quarta
ad saul Me misit dominus
ut ungerem te in regem super
populum eius israel. Nunc ergo
vade et percute amalech:
et demolire universa eius
Et non concupiscas ex rebus ipsius
aliquid et non parcas ei
sed interfice a viro usque ad mu-
lierem et parvulum usque ad lac-
tentem bovem et ovem came-
lum et asinum. Precepit itaque
saul populo et recensuit eos
quasi agnos ducenta mi-
lia peditum et decem milia
virorum iuda. Cumque venisset
usque ad civitatem amalech
tetendit insidias in torrente

Dixitque saul cineo Recedite
abite atque discedite ab ama-
lech ne forte involvam vos
cum eo. Et recessit itaque cineus
de medio amalech. Percussit-
que saul amalech ab evila
donec venisset assur que
est in regione egipti. Et
apprehendit agag regem a-
malech vivum omne autem
vulgus interfecit in ore gla-
dii. Et pepercit saul agag
et optimis gregibus ovium
et armentorum et vestibus
et arietibus et universis que
pulcra erant nec voluerunt
disperdere ea feria v per ebdomadam
Quicquid vero vile fuit
et reprobum hoc demoliti
sunt. Et factum est verbum
domini ad samuel dicens Pe-
nitet me quod constituerim
saul regem quia dereliquit
me et verba mea opere non
implevit. Contristatusque est
samuel et clamavit ad dominum
tota nocte. Cumque de nocte sur-
rexisset ut iret samuel ad
saul mane nunciatum est
samueli quod venisset saul
in carmelum et erexisset sibi for-
nicem triumphalem et reversus
transisset descendisset in gal-
gala. Venit ergo samuel ad
saul et saul offerebat holocau-
stum domino de primiciis predarum
que attulerat ex amalech
Factum est autem Dominica quinta ii regum primo
postquam mortuus est

saul et david revertebatur
a cede amalech et mansit
in siceleg duo dies ¶ In die
autem tercia apparuit homo
veniens de castris saul ve-
ste conscissa et pulvere asp-
sus caput et ut venit ad
david cecidit in faciem suam
et oravit ¶ Et dixit ad
eum david Quod est verbum
quod factum est indica michi
Qui ait Fugit populus e
prelio et multi corruentes
e populo mortui sunt sed et
saul et ionathas filius eius
interierunt ¶ Dixitque david
ad adolescentem qui nuncia-
verat ei Unde scis quia
mortuus est saul et iona-
thas filius eius Et ait
adolescens Casu veni in mon-
tem gelboe et saul incum-
bebat super hastam suam
¶ Porro currus et equites
appropinquabant ei et conversus
saul post tergum suum videns
me vocavit Cui cum
respondissem assum dixit
michi Quis nam es tu et aio
ad eum amalechites ego
sum ¶ Et locutus est
michi sta super me et inter-
fice me quoniam tenent me an-
gustie et adhuc tota anima
in me est Stansque super
eum occidi illum Sciebam enim
quod post ruinam vivere

non poterat lamentes p ebdom p' ebd
Et tuli dyadema quod
erat in capite eius et
armillam de brachio eius
et attuli ad te dominum meum
huc Apprehendens autem da-
vid vestimenta sua scidit om-
nesque viri qui erant cum eo
Et planxerunt et fleverunt
et ieiunaverunt usque ad ves-
peram super saul et iona-
tham filium eius et super
populum domini et super israhel
quod corruissent gladio dominica vi
Dixitque david ad
iuvenem qui nunciave-
rat ei Unde es tu Qui re-
spondit ei Filius hominis
advene amalechite ego
sum ¶ Et ait david Quare
non timuisti mittere ma-
num tuam ut interficeres christum
domini Vocansque david unum
de pueris ait Accedens irrue
in eum ¶ Qui percussit eum
et mortuus est Planxit
autem david planctum magnum
super saul et ionatham
filium eius ¶ Et precepit
ut docerent filios israhel arcum sicut
scriptum est in libro iustorum
Inclita israhel super montes
interfecti sunt Quomodo ceci-
derunt fortes in bello ¶ Noli-
te annunciare in geth neque
annuncietis in compitis ascalo-
nis ne forte letentur filie

178
177

philistinorum ne exultent fi-
lie incircumcisorum ¶ Montes
gelboe nec ros nec pluuia
veniat super vos neque sint
agri primiciarum quia ibi
abiectus est clipeus fortium
clipeus saul quasi non esset
6.9 vnctus oleo [illegible]
A sanguine interfectorum ab
adipe fortium sagitta
ionathe numquam abiit retror-
sum et gladius saul non
est reuersus inanis Saul
et ionathas amabiles et
decori in vita sua in morte
quoque non sunt diuisi aqui-
lis velociores leonibus for-
tiores ¶ Filie israel super saul
flete qui vestiebat vos cocci-
no in deliciis qui prebebat
ornamenta aurea cultui vestro
Quomodo ceciderunt fortes in prelio
Jonathas in excelsis tuis
occisus est Doleo super te
frater mi ionatha amabilis
valde super amorem mulierum
Sicut mater vnicum amat
filium ita te diligebam Sagit-
ta ionathe numquam abiit re-
trorsum nec declinauit clipeus
eius de bello et hasta eius
non est auersa [illegible]
Factum est autem cum leua-
re vellet dominus heliam per
turbinem in celum ibat helias
et heliseus de galgalis ¶ Di-
xitque helias ad heliseum
sede hic quia dominus misit

(margin: quomodo ceciderunt robusti et perierunt arma bellica)

me usque bethel Cui ait
heliseus viuit dominus et viuit
anima tua quia non derelin-
quam te ¶ Cumque descen-
dissent bethel egressi sunt
filii prophetarum qui erant in be-
thel ad heliseum et dixerunt
ei Numquid nosti quia hodie
dominus tollet dominum tuum a te
Qui respondit et ego noui
silete ¶ Dixit autem helias
ad heliseum Sede hic quia
dominus misit me in iericho Et
ille ait Viuit dominus et viuit
anima tua quia non derelinquam
te ¶ Cumque venissent
iericho accesserunt filii pro-
phetarum qui erant in iericho
ad heliseum et dixerunt ei
Numquid nosti quia dominus ho-
die tollet dominum tuum a te Et
ait ¶ Et ego noui silete
Dixit autem helias ad heliseum
Sede hic quia dominus misit
me ad iordanem Qui ait
Viuit dominus et viuit anima
tua quia non derelinquam
te Ibant autem duo [illegible]
Ierunt ergo ambo pariter
et quinquaginta viri de filiis
prophetarum secuti sunt eos qui
steterunt e contra longe Illi
autem ambo stabant super
iordanem Tulitque helias
pallium suum et inuoluit
illud et percussit aquas que
diuise sunt in vtramque partem
et transierunt ambo per siccum

Cumque transissent helyas
dixit ad heliseum postula
quod vis ut faciam tibi antequam
tollar a te. Dixitque heliseus
Obsecro ut fiat spiritus tuus
duplex in me. Qui respondit
rem difficilem postulasti
Sed tamen si videris me quando
tollar a te erit quod petisti
si autem non videris non erit
Cumque pergerent et inceden-
tes sermocinarentur ecce cur-
rus igneus et equi ignei divi-
serunt utrumque et ascendit
helyas per turbinem in celum. Antiphona
Sapiencia edificavit sibi
domum excidit columpnas
septem subdidit sibi gentes
superborum quoque et sublimium col-
la propria virtute calcavit. Antiphona
Sapiencia clamitat in plateis si
quis diligit sapienciam ad me
declinet et eam inveniet et
cum invenerit beatus est si
tenuerit eam. Antiphona Ego in al-
tissimis habito et thronus meus
in columpna nubis. Antiphona Omnis
sapiencia a domino deo est et
cum illo fuit semper et est ante
evum. Antiphona Dominus possedit me
inicio viarum suarum antequam
quicquam faceret a principio ne-
dum erant abyssi et ego par-
turiebar quando preparabat celos
aderam cum eo componens omnia
Parabole salomonis filii
david regis israel ad scien-
dam sapienciam et disciplinam
et ad intelligenda verba pru-
dencie et suscipiendam eru-
dicionem doctrine iusticiam et

prouerbiorum i

iudicium et equitatem ut detur
parvulis astucia adolescenti sci-
encia et intellectus. Cum ait R̄
In principio deus antequam terram
faceret priusquam abyssos constitueret
priusquam produceret fontes aquarum
antequam montes collocarentur
ante omnes colles generavit me
dominus. V. Ego in altissimis habito
et thronus meus etc. Qui ante
Audiens sapiens sapienciam
sapiencior erit et intelli-
gens gubernacula possidebit
Animadvertet parabolam et inter-
pretacionem verba sapiencium et
enigmata eorum. Qui autem R̄
Emitte domine sapienciam de sede
magnitudinis tue ut mecum
sit et mecum laboret ut sciam
quid acceptum sit coram te omni
tempore. V. Da michi domine
sedium tuarum assistricem sapienciam
ut mecum sit et mecum laboret
Timor domini principium
sapiencie sapienciam atque
doctrinam stulti despiciunt
Audi fili mi disciplinam patris
tui et ne dimittas legem
matris tue ut addatur gracia
capiti tuo et torques collo
tuo. Qui autem domine R̄m
Domine pater et deus vite mee
ne derelinquas me in cogitatu
maligno extollenciam oculorum
meorum ne dederis michi et de-
siderium malignum averte a me
domine aufer a me concupiscen-
ciam et animo irreverenti et in-
fruniti ne tradas me domine. V.
Da m̄ due se tuarum ast etc. sapiam

Fili mi si te lactaverint
peccatores ne acquiescas
eis. Si dixerint veni nobiscum
insidiemur sanguini abscon
damus tendicula contra
insontem frustra deglutiamus
eum sicut infernus viventem
et integrum quasi descenden
tem in lacum. Tu autem F
Da michi domine sedium tuarum
assistricem sapientiam et noli me
reprobare a pueris tuis quia
servus tuus sum ego et filius
ancille tue. V. Domine pater et
deus vite mee ne derelinquas
me in cogitatu maligno. Gloria
Fili mi ne ambules cum
eis prohibe pedem tuum
a semitis eorum pedes enim
illorum ad malum currunt et
festinant sanguinem effundere
frustra enim iacitur rethe
ante oculos pennatorum. Tu
Verbum iniquum et dolosum lon
ge fac a me domine divitias
et paupertates ne dederis michi
sed tantum victui meo tribue
necessaria. V. Ne forte saciatus
evomam illud et periurem
nomen dei mei. Sed tantum
Ipsi quoque contra sanguinem
suum insidiantur et moliuntur
fraudes contra animas suas
Sic semite omnes iniqui
animas possidentium rapiunt
Girum celi circuivi sola et in flucti
bus maris ambulavi in omni
gente et in omni populo primatum
tenui superborum et sublimium
colla propria virtute calcavi. V. Ego
in altissimis habito. Sapientiam
Initium sapientie timor domini in
tellectus bonus omnibus facien
tibus eum laudatio eius ma
net in seculum seculi. V. Disper
sit dedit pauperibus. Laudatio

Justicia eius manet in seculum seculi cornu eius exaltabitur in gloria

Magna enim sunt iudicia tua
domine et inenarrabilia verba
tua magnificasti populum tuum
et honorasti. V. Deduxisti
sicut oves populum tuum in manu
moysi et aaron. Magnificasti
Super salutem et omnem
pulcritudinem dilexi sapientiam
et proposui pro luce habere illam
venerunt michi omnia bona pa
riter cum illa. V. Dixi sapie
ntie soror mea es et prudentiam
vocavi amicam meam. Ve
nerunt michi omnia pariter
Sapientia foris predicat in
plateis dat vocem suam
in capite turbarum clami
tat in foribus portarum ur
bis profert vocem suam di
cens. Usquequo parvuli diligitis
infantiam et stulti ea que
sibi sunt noxia cupiunt
et imprudentes odiunt sapientiam
Convertimini ad correptionem
meam en proferam vobis
spiritum meum et ostendam verba
mea quia vocavi et renui
stis extendi manum meam
et non fuit qui aspiceret
Despexistis omne consilium
meum et increpationes meas
neglexistis. Ego quoque in
interitu vestro ridebo et sub-

Proverbiorum iii°

sanabo tibi vobis quod time
batis advenerit. Ite de sapientia
Fili mi ne obliviscaris
legem meam et precep-
ta mea custodiat cor tuum
longitudinem enim dierum et
annos vite et pacem ap-
ponent tibi. Misericordia et veri-
tas non te deserant. Cir-
cumda eas gutturi tuo et
describe eas in tabulis cor-
dis tui et invenies gratiam
et disciplinam bonam coram
deo et hominibus. Ha-
be fiduciam in domino ex toto
corde tuo et ne innitaris pru-
dentie tue. In omnibus viis
tuis cogita illum et ipse di-
riget gressus tuos. Ne
sis sapiens apud temetipsum
time deum et recede a ma-
lo. Sanitas quippe erit in
umbilico tuo et irrigatio
ossium tuorum. Honora
dominum de tua substantia et de
primiciis omnium frugum tuarum
da pauperibus ut impleantur
horrea tua saturitate et vi-
no torcularia tua redun-
dabunt. Disciplinam domini
fili mi ne abicias nec fati-
geris cum ab eo corripieris. Quem
enim diligit dominus corripit
et quasi pater in filio com-
placet sibi. Lectio eiusdem
Beatus homo qui invenit
sapientiam et qui affluit
prudentia. Melior est enim
acquisitio eius negociatione
argenti et auri primi et pu-
rissimi. Fructus eius pre-
ciosior est cunctis opibus et
omnia que optantur hominibus
huic non valent comparari.
Longitudo dierum in dextera
eius in sinistra autem illius
divicie et gloria. Vie eius
vie pulchre et omnes semite
eius pacifice. Lignum vite
est hiis qui apprehenderint
eam et qui tenuerint eam
beati. Dominus sapientia fundavit
celos prudentia fundavit terram
Sapientia illius eruperunt a-
byssi et nubes rore concrescunt.

Ecclesiastes ii°

Ego ecclesiastes. Ite de eadem
Transivi ad contemplandam
sapientiam erroresque et stulticiam
et vidi quia tantum precedet
sapientia stulticiam quantum differt
lux a tenebris. Sapien-
tis oculi in capite eius stul-
tus in tenebris ambulat
et didici quod unus utriusque
esset interitus. Et dixi
in corde meo si unus stulti
et sapientis occasus erit
quid michi prodest quod ma-
iori sapientie dedi operam. Locutusque
sum cum mente mea animad-
vertens quod hoc quoque esset
vanitas. Non enim erit
memoria sapientis similiter
ut stulti in perpetuum et futura
tempora oblivione cuncta pariter

sapiens? Moritur doctus
similiter ut indoctus et idcirco
taeduit me spiritus vitae meae
videns mala esse universa
sub sole et cunctam vanitatem
atque afflictionem spiritus. Rur-
sum detestatus sum omnem
industriam meam qua
sub sole studiosissime labo-
ravi: habiturus post me
heredem quem ignoro utrum
sapiens an stultus futu-
rus sit. Dominica ante post ebdomadam

Et dominabitur in laboribus
meis quibus desudavi
et sollicitus fui et est quicquam
tam vanum? Unde cessavi re-
nuntiavitque cor meum ultra
ultra sub sole laborare. Nam
cum alius laboret in sapientia
et doctrina et sollicitudine
homini otioso et quaesita di-
mittit et hoc ergo vanitas
et magnum malum. Quid
enim proderit homini de universo
labore suo et universa afflic-
tione spiritus quibus sub sole
cruciatus est? Cuncti dies eius
doloribus et aerumnis pleni
nec per noctem mente requiescit
et haec nonne vanitas est?
Non nonne melius est te co-
medere et bibere et ostendere
animae tuae bona de laboribus
tuis? Et hoc est de manu Dei.
Omnis sapientia a Domino Deo
est et cum illo fuit semper
et est ante aevum. Arenam
maris et pluviae guttas
et dies saeculi quis dinumeravit?
Altitudinem caeli et lati-
tudinem terrae et profundum abyssi
quis dimensus est? Sapientiam
Dei praecedentem omnia quis inve-
stigavit? Prior omnium cre-
ata est sapientia et intellectus
prudentiae ab aevo. Fons sa-
pientiae verbum Dei in excelsis et
ingressus illius mandata
aeterna. Radix sapientiae cui re-
velata est et astutias illius
quis agnovit? Disciplina
sapientiae cui revelata est et
manifestata et multiplicationem
ingressus eius quis intel-
lexit? Unus est altissimus
creator omnipotens et metu-
endus nimis: sedens super
thronum illius et dominans
Deus. Ipse creavit illam spiritu sancto
Et vidit et dinumeravit
et mensus est et effudit
illam super omnia opera sua
et super omnem carnem secundum datum
suum et praebet illam diligenti-
bus se. Dominica ante post ebdomadam — p ebdom

Timor Domini gloria et gloriatio
et laetitia et corona
exultationis. Timor Domini
delectabit cor et dabit laeti-
tiam et gaudium in longitu-
dinem dierum. Timenti Dominum bene
erit in extremis et in die de-
functionis suae benedicetur. Di-
lectio Dei honorabilis sapientia
quibus autem apparuerit in vi-
su diligunt eam in visione
et in agnitione magnalium

suorum. Initium sapientie timor
domini et cum fidelibus in vulva
concreatus est et cum electis fe-
minis graditur. et cum iustis
et fidelibus agnoscitur. Timor
domini scientie religiositas. Reli-
giositas custodiet et iusti-
ficabit cor iocunditatem atque
gaudium dabit. Timenti deum
bene erit et in diebus consumatio-
nis illius benedicetur. Ista dicant +
Cum audisset iob nunciorum
verba sustinuit pacienter et
ait Si bona suscepimus de manu
domini mala autem quare non su-
stineamus. In omnibus his non
peccavit iob labiis suis neque
stultum aliquid contra deum
locutus est. V. In omnibus his
non peccavit iob labiis suis neque
stultum aliquid contra deum
locutus est. P. Magnificat. L. i.
Job primo capitulo
Vir erat in terra Hus nomine
iob Et erat vir ille
simplex et rectus ac timens
deum et recedens a malo. R.
Si bona suscepimus de manu
domini mala autem quare non
sustineamus dominus dedit dominus
abstulit sicut domino placuit
ita factum est sit nomen domini
benedictum. V. In omnibus his
non peccavit iob labiis suis ne-
que stultum quid de locutus est. Dominus dedit.
Nati que sunt ei septem filii
et tres filie Et fuit pos-
sessio eius septem milia ovium
et tria milia camelorum R.

Antequam comedam suspiro et
tamquam inundantes aque sic
rugitus meus quia timor quem
timebam evenit michi et quod
verebar accidit nonne dissimu-
lavi nonne silui et iam quievi
et venit super me indignacio
tua domine. V. Nolo multa
fortitudine contendat mecum
ne magnitudinis sue mole me
premat equitatem proponat con-
tra me. Nonne dissimulavi. Lec.
Quingenta quoque iuga bo-
um et quingente asine
ac familia multa nimis
Eratque vir ille magnus
inter omnes orientales. R.
Utinam appenderentur peccata mea
quibus iram merui et cala-
mitas quam patior in stat-
era. V. Quasi arena maris
hec gravior appareret unde et
verba mea dolore sunt plena. Et cala.
Et ibant filii eius et fa-
ciebant convivium per do-
mos unusquisque in die
suo et mittentes vocabant
tres sorores suas ut come-
derent et biberent cum eis R.
Quare detraxistis sermonibus
veritatis ad increpandum verba
componitis et subvertere nitimini
amicum vestrum verumtamen que ce-
pistis explete. V. Militia est
vita hominis super terram et sicut
mercenarii dies eius. Verumtamen.
Cumque in orbem transissent
dies convivii mittebat
ad eos iob et sanctificabat eos

consurgens diluculo offere-
bat deo holocausta per singulos R
Induta est caro mea putredine
sordibus pulveris cutis mea
aruit et contracta est memento
mei domine quia ventus est
vita mea V Dies mei sicut
umbra declinaverunt et ego si-
cut fenum arui Memento mei
Dicebat enim ne forte pec-
caverint filii mei et bene-
dixerint deo in cordibus
suis Sic faciebat iob cunctis
diebus Tu autem domine R
Memento mei domine quia etc.
Paucitas dierum meorum finietur
brevi dimitte me domine ut
plangam paululum dolorem
meum antequam vadam ad ter-
ram tenebrosam et opertam
mortis caligine V Ecce in pul-
vere dormio et in pulvere sedeo
et si mane me quesieris non
subsistam Antequam vadam ad
Ne abscondas me domine a facie
tua manum tuam longe fac
a me et formido tua non me
terreat V Voca me et respondebo
tibi aut certe loquar et tu
responde michi Et formido.
Nunquid dominus supplantat
iudicium aut omnipotens sub-
vertit quod iustum est libera me
domine et pone me iuxta te
et cuiusvis manus pugnet
contra me V Apprehende arma
et scutum et exurge in adiutorium
michi Et cuiusvis manus
Nocte os meum perforatur doloribus
et qui me comedunt non dormi-
unt multitudine eorum consumitur

vestimentum meum comparatus sum
luto et assimilatus sum faville
et cineri V Custos hominum qua-
re me posuisti contrarium tibi et
factus sum michi metipsi gravis
Peccavi domine nichil enim sunt
dies mei Comparatus sum luto
Scio domine quia morti me tra-
dides et ubi constituta est omnis
domus viventium spero in te domine
quia non ad consummationem meam
emittis manum tuam et si in
profundum inferni dimersus
fuero inde liberabis me V Si ascen-
dero in celum tu illic es si descen-
dero ad infernum ades Inde libe-
Nonne cognoscit deus vias meas
et cunctos gressus meos dinu-
merat Si ambulavi in va-
nitate aut festinavit in dolo
pes meus appendat in statera
iusta et sciet innocenciam meam
V Quis det ut veniat peticio
mea aut quod expecto tribuat
michi deus [illegible] Desto dolori
meo deus nimium fatigor et
cadit in luctum cythara mea
imploracionem V Versa est in luctum
cythara mea Imploracionem
Quadam autem [illegible]
die cum venissent filii
dei ut assisterent coram domino
affuit inter eos etiam sathan
Cui dixit dominus Unde ve-
nis Qui respondens ait Cir-
cuivi terram et perambulavi
eam Dixitque dominus ad eum
Nunquid considerasti servum meum
iob quod non sit similis ei

in terra homo simplex et rectus
ac timens deum et recedens
a malo. Cui respondens sathan
ait. Numquid frustra timet
iob deum. Nonne tu vallasti
eum ac domum eius univer-
samque substantiam eius per circuitum
operibus manuum eius benedixi-
sti et possessio eius crevit
in terra. Sed extende manum
tuam paululum et tange cun-
cta que possidet nisi in facie
tua benedixerit tibi. **Dominica ii** Fe ii

Dixit ergo dominus ad sathan.
Ecce universa que habet
in manu tua sunt. Tantum in eum ne
extendas manum tuam. Egres-
susque est sathan a facie
domini. Cum autem quadam
die filii et filie eius come-
derent et biberent vinum in do-
mo fratris sui primogeniti nun-
cius venit ad iob qui diceret.
Boves arabant et asine
pascebantur iuxta eos et
irruerunt sabei et tulerunt
omnia et percusserunt gladio
pueros et evasi ego solus
ut nunciarem tibi. Cumque
adhuc ille loqueretur venit
alter et dixit. Ignis dei
descendit de celo et tactas
oves puerosque consumpsit
et effugi ego solus ut nun-
ciarem tibi. Sed adhuc vero
loquente illo venit alius et
dixit. Chaldei fecerunt tres
turmas et invaserunt ca-
melos et tulerunt eos necnon
et pueros percusserunt gladio
et evasi ego solus ut nuncia-
rem tibi. Adhuc ille loque-
batur et ecce venit alter et di-
xit. Filiis tuis et filiabus
vescentibus et bibentibus vinum
in domo fratris primogeniti repen-
te ventus vehemens irruit
a regione deserti et concussit
quatuor angulos domus que
corruens oppressit liberos tuos
et mortui sunt et effugi
ego solus ut nunciarem tibi. Rdo.

Tunc surrexit iob **p eb dom** f
et scidit tunicam suam et
tonso capite corruens in ter-
ram adoravit dominum et dixit.
Nudus egressus sum de utero
matris mee nudus revertar
illuc. Dominus dedit dominus abstu-
lit sicut domino placuit ita
factum est sit nomen domini bene-
dictum. In omnibus his non pec-
cavit iob labiis suis neque
stultum aliquid contra deum locu-
tus est. Factum est autem cum qua- ca ii
dam die venissent filii dei et
starent coram domino affuit inter
eos etiam et sathan. Cui dixit
dominus Unde venis. Cui respondens
ait. Circuivi terram et per-
ambulavi eam. Et dixit dominus
ad sathan. Numquid considerasti
servum meum iob quod non sit similis
ei in terra vir simplex et rectus
ac timens deum et recedens
a malo et adhuc retinens

innocentiam. Tu autem commo-
visti me adversus eum ut
affligerem eum frustra. Cui
respondens sathan ait: pellem
pro pelle et cuncta que habet
homo dabit pro anima sua.

[illegible] Ne reminiscaris domine in septembris
domine delicta mea vel pa-
rentum meorum neque vindictam
sumas de peccatis meis. Vers. Omni
tempore benedic deum et

[illegible] Thobias ex tribu et civita-
te neptalim que est in
superioribus galilee supra
naason post viam que du-
cit ad occidentem in sinistro ha-
bens civitatem sephet. Vers.
Peto domine ut de vinculo im-
properii huius absolvas me
aut certe desuper terram eripias
me ne reminiscaris delicta mea
vel parentum meorum neque vin-
dictam sumas de peccatis meis quia
eripis sperantes in te domine. Vers. Omnia
iudicia tua iusta sunt et omnes
vie tue misericordia et veritas et nunc
memento mei. Ne reminiscaris.

Cum captivus esset in diebus
salmanasar regis assiri-
orum in captivitate tamen positus
viam veritatis non deseruit
ita ut omnia que habere poterat
cotidie cum captivis fratribus
qui erant ex genere suo im-
pertiret. Tu autem domine. R.
Omni tempore benedic deum et pete
ab eo ut vias tuas dirigat et
omni tempore consilia tua in ipso per-
maneant. Vers. Memor esto fili
quoniam pauperem vitam gerimus
habebis multa bona si timueris
deum. Et omni tempore consilia.

Cumque esset iunior omni-
bus in tribu neptalim
nichil tamen puerile gessit
in opere. Denique cum irent omnes
ad vitulos aureos quos
ieroboam rex israel fecerat.
Memor esto fili quoniam pauperem
vitam gerimus habebis multa
bona si timueris deum. Vers. Fiducia
magna erit coram summo deo
elemosina omnibus qui faciunt
eam. Habebis multa bona.

Hic solus fugiebat consor-
cia omnium et pergebat in
iherusalem ad templum domini et
ibi adorabat dominum deum israel.
Sufficiebat nobis paupertas
nostra ut divicie computarentur
numquam fuisset pecunia ista pro
qua misisti filium nostrum baculum
senectutis nostre. Vers. Heu me fili
mi ut quid te misimus peregri-
nari lumen oculorum nostrorum baculum.

Omnia primitiva sua et de-
cimas suas fideliter offe-
rens ita ut in tercio decimo
anno proselitis et advenis
ministraret omnem decima-
tionem. Hec autem et hiis si-
milia puerulus secundum le-
gem dei observabat. Tu autem. R.
Benedicite deum celi et coram
omnibus viventibus confitemini
ei quia fecit nobiscum misericor-
diam suam. Vers. Tempus est ut re-
vertar ad eum qui me misit vos
autem benedicite deum. Quia fecit.

Cum vero factus esset vir
accepit uxorem annam
nomine de tribu sua genuitque
ex ea filium nomen suum imponens

ei que absinsanctam timere
deum docuit et abstinere
ab omni peccato Tu autem domine R
Tempus est ut revertar ad eum qui
me misit vos autem benedicite deum
et enarrate omnia mirabilia
eius V Omni tempore benedic deum
et pete ab eo ut vias tuas diri-
gat Et enarrate mirabilia
Nos alium deum nescimus nisi dominum
in quo speramus qui non despiciet
nos nec amovet salutem suam
a genere nostro V Indulgentiam eius
fusis lacrimis postulemus et hu-
miliemus illi animas nostras Qui non de-
Domine deus qui conteris bel-
la ab initio eleva brachium
tuum super gentes que cogitant
servis tuis mala et dextera
tua glorificetur in nobis V Disper-
ge vincula populi mei dicit dominus
et disperdam omnia mala que
induxi super terram Et dextera
Laudate dominum deum nostrum qui non
deseruit sperantes in se et in me
adimplevit misericordiam suam quam
promisit domui israhel V Lauda-
te dominum omnes gentes et collau-
date eum omnes populi Et in me
[T]obias cum perceptum R de dom
tatem devenisset cum uxore
sua et filio in civitate Nini-
ven et cum omni tribu sua et
omnes ederent ex cibis gentilium
iste custodivit animam suam et
numquam contaminatus est in escis
eorum Et quia memor fuit domi-
ni toto corde suo dedit illi
deus gratiam in conspectu Sal-
manasar regis et dedit illi
potestatem quocumque vellet ire
habens libertatem quecumque
facere voluisset pergebat ergo

per omnes qui erant in cap-
tivitate et monita salutis — in medio ...
dabat eis Tu autem R do iiii septembris — do iiii sep
R Tribulaciones civitatum audi-
Adonay domine deus magne et
mirabilis qui dedisti salutem in
manu femine exaudi preces servorum
tuorum V Domine rex omnipotens
in dicione tua cuncta sunt posita
et non est qui possit tue resistere
voluntati P Magnificat l. prima
[F]actum est cum quadam die — Judith x
Holofernes fecisset cenam — Ca xi he xii
magnam servis suis dixit ad — ... tom
Vagao eunuchum Vade et
suade iudith hebree ut sponte
consentiat habitare mecum
Adonay domine deus magne et mi-
rabilis qui dedisti salutem in ma-
nu femine exaudi preces servorum
tuorum V Benedictus es domine qui
non derelinquis sperantes in te
et de tua virtute gloriantes humi-
lias Exaudi preces servorum
[F]edum est enim apud assi-
rios si femina irrideat
agendo virum ut immunis
transeat ab eo Tu autem R
Tribulaciones civitatum audi-
vimus quas passe sunt et de-
fecimus timor et hebetudo
mentis cecidit super nos et super
liberos nostros ipsi montes
nolunt recipere fugam nostram
Domine miserere V Peccavimus
cum patribus nostris iniuste egimus
iniquitatem fecimus Timor et
[T]unc introivit vagao
ad iudith et dixit Non
vereatur bona puella intro-
ire ad dominum meum ut honore

refitietur ante faciem eius
et manducet cum eo et bibat
vinum in iocunditate. Tu autem
Induxit te dominus in virtute sua
qui per te ad nichilum redegit
inimicos meos ut non deficiat
laus tua de ore hominum. V. Sub-
venisti angustie gentis tue et
non pepercisti anime tue. Ut non de.
Cui dixit iudith Que
ego sum ut contradicam
domino meo Omne quod erit
bonum et optimum ante ocu-
los eius faciam quidquid ei
placuit eius hoc michi erit
optimum omnibus diebus
vite mee. Tu autem domine. Rm
Recordare domine mei omnipo-
tentatem dominans da sermone
rectum et bene sonantem in os
meum ut placeant verba mea
in conspectu principis converte cor
eius in odium repugnancium
nobis et in eos qui consenciunt
eis nos autem libera in manu
tua deus noster inclina. V. Ca-
dat virtus eorum in iracundia tua
qui promittunt se violare sanc-
ta tua. Nos autem libera in
Et induit et ornavit
se vestimentis suis et magni-
fica stetit ante faciem eius
Cor autem holofernis concus-
sum est et erat ardens in
concupiscenciam eius. Tu
Creator domine celorum et terre
creator aquarum rex universe
creature exaudi oracionem servorum
tuorum. V. Tu domine cui humili-
um et mansuetorum placuit

deprecatio. Exaudi oracionem s.
Et ait ad eam holofer-
nes Bibe nunc et ac-
cumbe in iocunditate quoniam
graciam habes coram me Et
ait iudith Bibam domine
quoniam magnificata est anima
mea hodie pre omnibus die-
bus vite mee. Et mandu-
cavit et bibit coram ipso
que preparaverat illi ancilla
eius. Tu autem domine. Rm
Vos qui in turribus estis ape-
rite portas dominus omnipotens
fecit virtutem et victoriam dedit
de inimicis nostris. V. Laudate
dominum deum nostrum qui non deserit
sperantes in se. Et victoriam
Domine rex omnipotens in di-
cione tua cuncta sunt posita et
non est qui possit resistere volun-
tati tue libera nos propter no-
men tuum. V. Exaudi domine
oracionem nostram et converte luctum
nostrum in gaudium. Libera nos
Conforta me rex sanctorum prin-
cipatum tenens et da sermonem
rectum et bene sonantem in os
meum. V. Da nobis domine locum
penitencie et ne claudas
ora canencium te domine. Et da
Spem in alium nunquam habui
preter in te deus israhel qui ira-
sceris et propicius eris et omnia
peccata hominum in tribulacione dimit-
tis. V. Domine deus celi et terre
respice ad humilitatem nostram. Spem
Da nobis domine locum peniten-
cie et ne claudas ora canen-
cium te domine. V. Qui regis israhel
intende qui deducis. Et ne clau-

Memento mei deus in bono et
ne deleas miseraciones meas
quas feci in domo dei mei et
in ceremoniis eius. v. Memento
ubi tu pacto tuo in signo michi
spem dedisti. In domo dei mei
Respice domine populo tuo quod volunt
nos inimici nostri perdere et here/
ditatem tuam delere destrui ne de/
spicias partem tuam quam rede/
misti ex egipto sed convertere
luctum nostrum in gaudium ut viuen/
tes laudemus te domine. v. Memi/
neris ... intende. Sed convertere
regis ipsi intende.

Cum autem sero factum per ebdomadam
esset festinaverunt servi eius
ad hospicia sua et conclusit
vagao hostia cubiculi et a/
biit. Erant autem omnes fatiga/
ti a vino eratque iudith sola
in cubiculo. Porro holofer/
nes iacebat in lecto nimia
ebrietate sopitus. Dixitque
iudith puelle sue ut sta/
ret ante hostium cubiculi
foras et observaret. Stetit/
que iudith ante lectum orans
cum lacrimis et labiorum motu
in silencio dicens. Confor/
ta me domine deus israel et
respice in hac hora in opera
manuum mearum ut sicut pro/
misisti ierusalem civitatem tuam
erigas et hoc quod credens
per te posse fieri cogitavi per/
ficiam. Tu autem domine. R.
Hic lectiones iudith legantur
per integram ebdomadam si tan/
men iste habuit quinque dies do/
minicos tunc cum in septima dominica

legende sunt lectiones de libro
hester. Tunc incipis sabbato de/
hinc. Rm. Spem in alium aut ad magt
Domine rex omnipotens. Si autem solum
quatuor habuit tunc in hac septi/
mana aliquo die lectiones legantur
de hester sed sive uno sive aliquo
sunt semper dicantur hec antiphona
Adonay domine. Lectio hester. l. de hest.

In diebus asueri qui regnavit
ab india usque ad ethiopiam
super centum viginti et septem
provincias quando sedit in
solio regni sui. Susa civitas
regni eius exordium fuit.
Tercio igitur anno imperii
sui fecit grande convivium
cunctis principibus et pueris
suis fortissimis persarum et
medorum inclitis: et prefectis
provinciarum coram se ut osten/
deret divicias et gloriam
regni sui ac magnitudinem
atque iactanciam potencie
sue multo tempore videlicet cen/
tum et octoginta diebus.
Cumque implerentur dies
convivii invitavit omnem
populum qui inventus est Susis
a maximo usque ad minimum et
septem diebus iussit convivium
preparari in vestibulo orti et ne/
moris quod regis cultu et
manu consitum erat. Et
Expendebant ex omni parte
tentoria aerei coloris et
carbasini et iacinctini susten/
ta funibus byssinis atque

purpureis qui eburneis cir-
culis inserti erant et colum-
pnis marmoreis fulciebantur.
Lectuli quoque aurei et argen-
tei super pavimentum smarag-
dino et pario stratum lapide
dispositi erant quod mira
varietate pictura decorabat.
Bibebant autem qui invi-
tati erant poculis au-
reis et aliis atque aliis va-
sis cibi inferebantur. Vinum quoque
et magnificencia regia dignum
erat habundans et precipuum
ponebatur. Nec erat qui no-
lentes cogeret ad bibendum
sed sicut rex statuerat prepo-
nens mensis singulos de princi-
pibus suis ut sumeret unus-
quisque quod vellet. Cn aut
Vasti quoque regina fecit
convivium feminarum in pal-
lacio ubi rex Assuerus manere
consueverat. Itaque die septimo
cum esset rex hylarior et post
nimiam potacionem incaluisset
mero precepit naumam et
bazata et orbata et gaba-
ta et abgatha et zarath
et charchas septem eunuchis
qui in conspectu eius mini-
strabant ut introducerent
reginam Vasti coram rege. Cn
Posito super caput eius
dyademate et ostenderet
cunctis populis et principibus
illius pulchritudinem. Erat enim
pulchra valde. Que renuit
ad regis imperium quod
per eunuchos mandaverat
venire contempsit. Unde iratus
rex et nimio furore succen-
sus interrogavit sapientes
qui ex more regio semper ei
aderant et illorum faciebat
cuncta consilio scientium leges
ac iura maiorum. Cn aut
Erant autem primi et pro-
ximi tarsina rebbon p 89
et sethar et admatha
et tarsis et mares et mar-
sana et mamucha septem
duces persarum ac medorum
qui videbant faciem regis
et primi post eum residere
soliti erant. Cui sententie
Vasti regina subiaceret que
Assueri regis imperium quod
per eunuchos mandaverat
facere noluisset. Responditque
mamucha audiente rege
atque principibus. Non solum
lesit regem regina Vasthi
sed omnes principes et populos
qui sunt in cunctis provin-
ciis regis Assueri. Egredietur enim
sermo regine ad omnes
mulieres ut contempnant vi-
ros suos et dicant. Rex Assue-
rus misit ut regina Vasti
intraret ad eum et illa no-
luit. Atque ex hoc exemplo
omnes principum coniuges per-
sarum atque medorum parvipen-
dent imperia maritorum.
Unde regis iusta est indi-
gnacio. Et si tibi placet

egrediatur edictum a facie tua
et scribatur iuxta legem persarum
atque medorum quam preteriri illici-
tum est ut nequaquam ultra va-
sthi ingrediatur ad regem
sed regnum illius que me-
lior est accipiat. Cum autem

hester ii° pst 2m

Cumque percrebruisset [dominica]
regis asueri imperium et
iuxta mandata regis multe
virgines regi adducerentur susan
et egeo traderentur eunucho
hester quoque inter ceteras puel-
las ei tradita est ut servaretur
in numero feminarum que placuit
ei et invenit gratiam in con-
spectu eius. Et ut accelera-
ret ei cultum muliebrem et
traderet ei partes suas et septem
puellas speciosissimas de
domo regis cum ipsas quam
pedissequas eius ornaret
atque excoleret. Hester quoque
noluit ei indicare populum et
patriam suam mardocheus
enim illi preceperat ut de hac
re omnino reticeret. Et
deambulabat cotidie mar-
docheus ante vestibulum
domus in qua electe virgi-
nes servabantur curam agens
salutis hester et scire vo-
lens quid ei accideret. Cum
autem venisset tempus singularum
per ordinem puellarum ut in-
trarent ad regem expletis
omnibus que ad cultum mu-
liebrem pertinebant mensis duo-
decimus vertebatur. [lectio per ebdomadam]
Ita duntaxat ut sex mensibus
oleo unius mirreno ungerentur
et aliis sex quibusdam pigmen-
tis et aromatibus uterentur.
Ingredientesque ad regem quicquid
postulassent ad ornatum per-
tinens accipiebant et ut
eis placuerat composite de tricli-
nio feminarum ad regis cubi-
culum transibant et que intra-
verat vespere egrediebatur
mane atque inde in secundas edes
deducebatur que erant sub ma-
nu sasagazi eunuchi qui
concubinis regis presidebant
nec habebat potestatem ad regem
ultra redeundi nisi voluisset
rex et eam venire iussisset ex nomine.
Sabbato ante primam kalendas
octobris. Responsorium Exaudiat dominus
Et sic dicantur per ordinem
usque ad dominicam Videns dominum. [antiphona]
Adaperiat dominus cor vestrum in
lege sua et in preceptis suis
et faciat pacem in diebus nostris.
Exaudiat dominus orationes vestras
et reconcilietur vobis nec vos dere-
linquat in tempore malo. [antiphona]
Da pacem domine in diebus nostris
quia non est alius qui pugnet
pro nobis nisi tu deus noster. [antiphona]
Extende domine brachium tuum
et libera animas nostras ne pereant. [antiphona]
Tu domine universorum qui nullam
habes indigentiam voluisti tem-
plum tuum fieri in nobis conserva
domum istam incontaminatam in eternum
domine. [Per.] Ad magnificat [Rtones]

Machabeorum Et factum est postquam
percussit allexander phi-
lippi rex macedo qui primus
regnavit in grecia. Egressus
de terra cethim adversus darium
regem persarum et medorum
constituit prelia multa et
omnium municiones obtinuit. Et
Adaperiat dominus cor vestrum in
lege sua et in preceptis suis
et faciat pacem in diebus nostris.
Concedat nobis salutem et redi-
mat nos a malis. V. Exaudi-
at dominus oraciones vestras et nec vos
deserat in tempore malo. Concedat
Et interfecit reges terre et
pertransiit usque ad fines terre
et accepit spolia multitu-
dinis gencium et siluit terra
in conspectu eius. Tunc autem R.
Exaudiat dominus oraciones vestras
et reconcilietur vobis nec vos
deserat in tempore malo dominus deus
noster. V. Adaperiat dominus cor
vestrum in lege sua et in preceptis
suis et faciat pacem. Dominus deus
Et congregavit virtutem
et exercitum fortem ni-
mis et exaltatus est et ele-
vatum est cor eius et ob-
tinuit regiones gencium
et tyrannos et facti sunt
illi in tributum. Tunc autem R.
Tua est potencia tuum regnum
domine tu es super omnes gen-
tes da pacem domine in diebus
nostris. V. Creator omnium deus ter-
ribilis et fortis iustus et mi-
sericors. Da pacem domine

Postquam autem decidit
in lectum et cognovit
quia moreretur vocavitque
pueros suos nobiles qui
secum erant nutriti a iuven-
tute sua et divisit eis
regnum suum cum adhuc vi-
veret. Tunc autem dicetur Rm
Refulsit sol in clipeos aureos
et resplenduerunt montes ab
eis et fortitudo gencium dissi-
pata est. V. Erat enim exercitus
eius magnus valde et fortis
et appropiavit iudas et exer-
citus eius ad prelium. Et fortitudo
Et regnavit annis xij
et mortuus est. Et ob-
tinuerunt pueri eius regnum
unusquisque in loco suo et
imposuerunt omnes diadema-
ta post mortem eius et
filii eorum post eos annis
multis et multiplicata
sunt mala in terra. Tunc R.
V. Impetum inimicorum ne timue-
ritis memores estote quo-
modo salvi facti sunt patres nostri
et nunc clamemus in celum
et miserebitur nostri deus noster. V. Me-
mentote mirabilium eius que
fecit pharaoni et exercitui eius
in mari rubro. Et nunc cla-
Et exiit ex eis radix pec-
cati antiochus illustris
filius antiochi regis qui
fuit rome obses. Et regna-
vit in anno centesimo et
septimo regni grecorum. An
Ornaverunt faciem templi coro-
nis aureis et dedicaverunt

altare domino et facta est leticia
magna in populo V. In hymnis
et confessionibus benedicebat
dominum. Et facta est leticia ma-
gna in hymnis et confessionibus bene-
dicebant dominum qui magna fe-
cit in israhel et victoriam dedit
illis dominus omnipotens V. Ornaverunt
faciem templi coronis aureis
et dedicaverunt altare domino. Et magna.
Congregati sunt inimici nostri
et gloriantur in virtute sua contere
fortitudinem illorum domine et dis-
perge illos ut cognoscant quia
non est alius qui pugnet pro
nobis nisi tu deus noster V. Disperge
illos in virtute tua et destrue
eos protector noster domine. Ut cog.
Dixit iudas symoni fratri suo
elige tibi viros et vade libera
fratres tuos in galileam ego
autem et frater meus ionathas ibimus
in galaaditim sicut fuerit vo-
luntas in celo sic fiat V. Et
nunc clamemus in celum et mi-
serebitur nostri deus noster. Sic fiat.
Hic est fratrum amator et po-
puli israhel hic est qui multum
orat pro populo et universa sancta
civitate ierusalem V. Vir iste in populo
suo mitissimus apparuit. Hic e-
ym. fialia. Hic est fratrum amator.
Congregate sunt gentes in
multitudine ut dimicent contra
nos et ignoramus quid agere
debeamus domine deus noster ad te
sunt oculi nostri ne pereamus V. Tu
regis israhel intende. Domine deus
Aperi oculos tuos et vide domine
afflictionem nostram circumdederunt
nos gentes ad pugnandum nobis sed
tu domine extende brachium tuum

et libera animas nostras V. Congre-
gate sunt gentes in multitudine
ut dimicent contra nos. Sed tu do.
In diebus illis exierunt pcddom ..bb
ex israhel viri iniqui et sua-
serunt multis dicentes Eamus
et disponamus testamentum cum gentibus
que circa nos sunt quia ex quo
recessimus ab eis invenerunt
nos multa mala. Et bo-
nus visus est sermo in oculis
eorum. Et destinaverunt aliqui
de populo et abierunt ad regem
et dedit eis potestatem ut fa-
cerent iusticiam gentium. Et
edificaverunt gymnasium
in ierosolimis secundum legem
nationum. Tu autem. dominica secunda do. i.
Fecerunt sibi preputia
et recesserunt a testamento
sancto et iuncti sunt na-
tionibus et venundati sunt
ut facerent mala. Et
paratum est regnum in conspectu
antiochi et cepit regnare
in terra egypti ut regnaret
super duo regna. Et intra-
vit in egyptum in multitudine
gravi in curribus et elephan-
tis et equitibus et copiosa
navium multitudine. Et
constituit antiochus rex
bellum adversus ptolomeum
regem egypti et veritus
est ptolomeus a facie eius
et fugit et ceciderunt vulnerati

rati multi. Et comprehendit
civitates munitas in terra
egypti et accepit spolia terre
egypti. Et convertit anthiochus
postquam percussit egyptum in cen-
tesimo et quadragesimo et
tercio anno. Et ascendit ad israel
et ascendit iherusalem in multi-
tudine gravi et intravit in
sanctificationem cum superbia et ac-
cepit altare aureum et can-
delabrum luminis et universa
vasa eius. Tu autem. per ebdomadam f. ii
Et mensam proposicionis
et libatoria et fialas et
mortariola aurea et velum
et coronas et ornamentum
aureum quod erat in facie tem-
pli et comminuit omnia. Et
accepit argentum et aurum
et vasa concupiscibilia. Et ac-
cepit thesauros occultos quos
invenit et sublatis omnibus
abiit in terram suam et fecit
cedem hominum et locutus est
superbia magna. Dominica tercia d. 3
machabeorum capitulo ii
In diebus illis surrexit ma-
thatias filius iohannis filii
symeonis sacerdos ex filiis
ioarim ab iherusalem et consedit
in monte modin. Et
habebat filios quinque iohannam
qui cognominabatur gaddis
et symeon qui cognominabatur
thasy et iudas qui cognomina-
batur machabeus et eleaza-
rus qui cognominabatur abaron
et ionathas qui cognomina-
batur apphus. Hii viderunt
mala que fiebant in populo
iuda et iherusalem. Et dixit
mathatias: Ve michi ut
quid natus sum videre con-
tritionem populi mei et contritionem
civitatis sancte et sedere illic
cum datur in manibus inimicorum?
Sancta in manu extra-
neorum facta sunt: templum
eius sicut homo ignobilis
vasa glorie eius captiva
abducta sunt. Trucidati
sunt iuvenes eius in pla-
teis senes eius ceciderunt
in gladio inimicorum. Que
gens non hereditavit regnum
eius et non obtinuit spolia
eius? Omnis composicio eius
ablata est. Que erat libera
facta est ancilla. Et ecce
sancta nostra et pulcritudo
nostra et claritas nostra desolata
est et coinquinaverunt ea gen-
tes. Quo ergo nobis adhuc
vivere? Et scidit mathati-
as et filii eius vestimenta
sua et operuerunt se ciliciis
et planxerunt valde. per ebdomadam f. iii
Et venerunt illuc qui missi
erant a rege anthiocho
ut cogerent eos qui confugerant
in civitatem modin immolare
et accendere et abscedere a lege dei. Di-
scedentes? Et multi de populo israel
consencientes accesserunt ad eos
sed et mathatias et filii eius
constanter steterunt. Et videntes

qui missi erant ab antiocho
dixerunt mathatie Princeps
et clarissimus et magnus
es in hac ciuitate et ornatus
filiis et fratribus Ergo accede
prior et fac iussum regis sicut
fecerunt omnes gentes et viri
iuda et qui remanserunt
in ierusalem et eris tu et filii tui
inter amicos regis et am-
plificatus argento et auro
et multis muneribus Et dixit
mathatias Et si omnes gen-
tes regi anthiocho obediunt
ego et filii mei et fratres
mei obediemus legi patrum
nostrorum Et tunc dixit **de iiii**
de iiii Et appropinquauerunt dies ma-
thatie moriendi et di-
xit filiis suis Nunc confor-
tata est superbia et castiga-
cio et tempus euersionis et
ira indignacionis Nunc
ergo o filii emulatores estote
legis et date animas vestras pro
testamento patrum Et memento-
te operum patrum que fecerunt
in generacionibus suis et acci-
pietis gloriam magnam et
nomen eternum Abraham
nonne in temptacione inuen-
tus est fidelis et reputatum
est ei ad iusticiam Ioseph in
tempore angustie sue custodiuit
mandatum et factus est dominus
egipti Phinees pater noster
zelando zelum dei accepit
testamentum sacerdocii eterni

Ihesus dum implet verbum
dei factus est iudex in israel
Caleph dum testificatur
in ecclesia accepit hereditatem
Dauid in sua misericordia consecutus
est sedem regni in secula Helias
dum zelat zelum legis
receptus est in celum Ananias
azarias mizahel credentes
liberati sunt de flamma
Daniel in sua simplicitate
liberatus est de ore leonum
Et ita cogitate **per ebdom** y ebd
per generacionem et generacionem
quia omnes qui sperant in eum
non infirmantur Et a verbis
viri peccatoris ne timueritis
quia gloria eius stercus
et vermis est Hodie extollitur
et cras non inuenietur quia
conuersus est in terram suam et
cogitacio eius periit Vos
ergo filii confortamini et viri-
liter agite in lege quia in ipsa
gloriosi eritis Ecce symeon
frater vester scio quod vir consilii
est ipsum audite semper et ipse
erit vobis pater Et iudas
machabeus fortis viribus
a iuuentute sua sit vobis prin-
ceps milicie et ipse aget
bellum populi Et vos adducetis
ad vos omnes factores legis
et vindicate vindictam populi
vestri Retribuite retribucionem
gentibus et attendite in
preceptum legis Et benedixit
eos et appositus est ad patres
suos et defunctus est anno centesimo

quadragesimo et sexto anno
et sepultus est assuerus cum
in sepulchris patrum suorum in mo-
dum et planxerunt eum omnis
israel planctu magno. Cum erat
sabbato ante primum kalendas
novembris capitulum et oratio de domini-
ca. Plita R. Aspice domine. Et se-
per ordinem dicantur aliis sabbatis
adiungantur per ordinem. Hec autem.
Vidi dominum sedentem super so-
lium excelsum et plena erat
omnis terra maiestate eius et
ea que sub ipso erant reple-
bant templum. A. Clipeo tuo
inexpugnabili circumtege nos
domine et armis tue potencie
protege nos semper deus noster. An.
Celum celorum continet thronos
et abyssos intueris domine rex
regum montes ponderas terram
palmo concludis exaudi nos
deus in gemitibus nostris. A. Sus-
tinuimus pacem et non venit quesi-
vimus bona et ecce turbacio
cognovimus domine peccata nostra ne in-
eternum irascaris nobis deus israel. A.
Super muros tuos iherusalem consti-
tui custodes tota die et tota noc-
te non tacebunt laudare nome
domini. P. Magnificat. Invitatorium
Laudabilem regem adoremus in
excelsis que vidit sanctus ezechi-
el super alis cherubin. P. Venite.
Ezechiel i. Et factum est in tricesimo
anno in quinto die mense in
quinta die mensis cum essem in
medio captivorum iuxta flu-
vium chobar aperti sunt celi

et vidi visiones dei. In quin-
ta mensis ipse est annus quintus
transmigracionis regis ioa-
chim. Hec dicit dominus deus. R. convertimini ad me et salvi eritis dicit dominus
Vidi dominum sedentem super soli-
um excelsum et elevatum et ple-
na erat omnis terra maiestate eius
et ea que sub ipso erant reple-
bant templum. V. Seraphin
stabant super illud sex ale
uni et sex ale alteri. Et ple-
Factum est verbum domini ad
ezechielem filium buzi
sacerdotem in terra caldeorum
iuxta flumen chobar et
facta est ibi super eum
manus domini. Hec dicit. R.
Aspice domine de sede sancta tua
et cogita de nobis inclina
deus meus aurem tuam et
audi aperi oculos tuos et
vide tribulacionem nostram. V. Qui
regis israel intende. Aspice oculos. Qui deducis velud ovem ioseph
Et vidi et ecce ventus
turbinis veniebat
ab aquilone et nubes ma-
gna et ignis involvens
et splendor in circuitu eius
et de medio eius quasi
species electri id est de me-
dio ignis. Hec dicit. R.
Aspice domine quia facta est
desolata civitas plena divi-
ciis sedet in tristicia domina gencium
non est qui consoletur eam
nisi tu deus noster. V. Plorans plo-
ravit in nocte et lacrime eius
in maxillis eius. Non est qui

Dominus deus qui ti
mi ad me z salu
tibus deo grat

At e medio corporis similitu
do quatuor animalium
et hec aspectus corporis simili
tudo hominis in eis et qua
tuor facies uni z quatuor
penne alteri Et pedes
corporis pedes recti z planta
pedis corporis quasi planta
pedis vituli Hec dicit R
Super muros tuos ierusalem con
stitui custodes tota die et noc
te non tacebunt laudare nomen
domini V Qui rememoramini domini ne
taceatis et ne detis silencium
ei Tota die et nocte non
Et scintille quasi aspectus
eris candentis et ma
nus hominis sub pennis
corporis in quatuor partibus et
facies et pennas per qua
tuor partes habebant
Clipeo tuo inexpugnabili cir
cumda nos domine et armis tue
potencie protege nos semper
libera domine deus israel clama
ntes ad te V Eripe nos domine
in mirabilibus tuis et da gloriam
nomini tuo Libera domine deus
Iunctaeque erant penne corporis
alterius ad alterum nec re
vertebantur cum incederent sed
unum quodque ante faciem
suam ambulabat Hec dicit
Sustinuimus pacem et non venit
domine quesiuimus bona z ecce
turbacio cognovimus domine peccata
nostra nec in eternum irascaris
nobis deus israel V Peccavimus
cum patribus nostris iniuste egimus
iniquitatem fecimus Non in perpetuum

Misit dominus angelum suum et conclu
sit ora leonum et non me con
taminaverunt quia coram eo iusti
cia inventa est in me V Misit
deus misericordiam suam et veritatem suam
animam meam eripuit de medio ca
tulorum leonum Et non me con
Angustie michi sunt undique
et quid eligam ignoro melius
est michi incidere in manus
hominum quam derelinquere legem
dei mei V Si enim hoc egero mors
michi est si autem non egero non
effugiam manus vestras Melius
Laudabilis populus quem dominus
exercituum benedixit dicens opus
manuum mearum tu es hereditas
mea israel V Beata gens cuius
est dominus deus eius populus quem
elegit in hereditatem sibi Hereditas
A facie furoris tui deus con
turbata est omnis terra sed tu
domine miserere et ne facias con
summacionem V Converte nos deus
salutaris noster et averte iram
tuam a nobis Et ne facias
Clementi patria populo pleno
peccato miserere domine deus V Esto
placabilis super nequiciam po
puli tui Domine deus
Civitatem istam tu circumda
domine et angeli tui custodiant
muros eius exaudi domine
populum tuum cum misericordia V Qui
regis israel intende qui Exaudi
Similitudo autem vultus
corporis facies hominis z fa
cies leonis a dextris corporis

quatuor. Facies autem bovis
a sinistris ipsorum quatuor et fa-
cies aquile ipsorum quatuor
et facies eorum et penne eorum
extente desuper. Due penne
singulorum iungebantur et due
tegebant corpora eorum. Et unum-
quodque coram facie sua ambu-
labat ubi erat spiritus impe-
tus illuc gradiebantur nec re-
vertebantur cum ambularent.
Et similitudo animalium aspectus
eorum quasi carbonum ignis
ardentium et quasi aspectus
lampadarum. [illegible]
Hec erat visio discurrens
in medio animalium splen-
dor ignis et de igne fulgur
egrediens. Et animalia ibant
et revertebantur in similitudine
fulguris coruscantis. Cumque
aspicerem animalia apparuit
rota una super terram iuxta
animalia habens quatuor facies
et aspectus rotarum et opus
earum quasi visio maris. Et
una similitudo ipsarum quatuor et
aspectus earum et opera quasi
sit rota in medio rote. Per
quatuor partes earum euntes i-
bant et non revertebantur cum
ambularent. Statura quoque
erat rotis et altitudo hor-
ribilis et totum corpus oculis
plenum ipsarum quatuor. Cum-
que ambularent animalia am-
bulabant pariter et rote iu-
xta ea. Et cum elevarentur
animalia de terra elevabantur
simul et rote. Quocumque ibat
spiritus illuc eunte spiritu et ro-
te pariter levabantur sequen-
tes eum. Spiritus enim vi-
te erat in rotis. Cum eunti-
bus ibant et cum stantibus
stabant et elevatis a terra
pariter levabantur et rote
sequentes ea quia spiritus
vite erat in rotis. [illegible]
Et similitudo super caput
animalium firmamenti
quasi aspectus cristalli
horribilis et extenta super
capita eorum desuper. Sub
firmamento autem penne eorum
recte alterius ad alterum
et unumquodque duabus
alis velabat corpus suum
et alterum similiter velabatur.
Et audiebam sonum alarum
quasi sonum aquarum multarum
quasi sonum sublimis dei. Cum
ambularent quasi sonus
erat multitudinis ut sonus
castrorum. Cumque starent di-
mittebantur penne eorum.
Nam cum [illegible]
fieret vox super firma-
mentum quod erat super ca-
put eorum stabant et dimit-
tebant alas suas. Et
super firmamentum quod erat
imminens capiti eorum

Hic dicit dominus deus [illegible]
Hic dicit dominus
Hic dicit dominus deus [illegible] ad me et salvi eritis
Hic dicit dominus deus convertimini ad me et salvi eritis [illegible]

quasi aspectus lapidis
saphiri similitudo throni
Et super similitudinem throni
similitudo quasi aspectus hominis
desuper. Et vidi quasi
speciem electri velud aspectum
ignis intrinsecus eius per
circuitum a lumbis eius et de-
super. Et a lumbis eius
usque deorsum vidi quasi
speciem ignis splendentis
in circuitu velut aspectum
ignis intrinsecus eius per
circuitum a lumbis eius et de-
super. Et a lumbis eius
usque deorsum vidi quasi
speciem ignis splendentis
in circuitu velut speciem arcus
cum fuerit in nube in die plu-
vie. Hec erat aspectus
splendoris per girum. Hec
visio similitudinis glorie domini.
Ezechielis ii° Et vidi et cecidi in faciem
meam et audivi vocem
loquentis et dixit ad me
fili hominis sta super pedes
tuos et loquar tecum.
Et ingressus per ebdom
est in me spiritus postquam
locutus est mihi et statuit
me super pedes meos et au-
divi loquentem ad me et
dicentem. Fili hominis mitto
te ego ad filios Israel ad gen-
tes apostatrices que recesse-
runt a me. Patres eorum
prevaricati sunt pactum
meum usque ad diem hanc

et filii dura cervice et in-
domabili corde ad quos ego
mitto te et dices ad eos
Hec dicit dominus deus. Si for-
te vel ipsi audiant et si
forte quiescant quoniam domus
exasperans est. Loqueris ad
eos verba mea si forte au-
diant et quiescant quoniam ir-
ritatores sunt. Feria quarta Do quarta Naum prophete in capitulo I
Onus Ninive liber vi-
sionis Naum Elcesei.
Deus emulator et ul-
ciscens dominus et habens furorem
et ulciscens dominus in hostes
suos et irascens ipse inimi-
cis. Hec dicit dominus. Dominus
paciens et magnus for-
titudine et mundans non fa-
cit innocentem. Dominus in tem-
pestate et turbine vie eius
et nebule pulvis pedum
eius. Increpans mare et
siccans illud et omnia flumina
deducens ad desertum. In-
firmata est Basan et Car-
melus flos Libani elangu-
it. Montes commoti sunt ab
eo et colles desolati sunt
et contremuit terra a facie eius
et orbis et omnes habitan-
tes in eo. Ante faciem
indignationis eius quis
stabit. Et quis resistet in
ira furoris eius. Indigna-
cio eius effusa est ut ignis
et petre dissolute sunt ab eo

Bonus dominus et confortans in die
tribulationis et sciens sperā
tes in se et in diluvio preteri
te consumationem faciet loci eius
et inimicos eius persequentur
tenebre Quid cogitatis contra
dominum consumationem ipse faciet
non consurget duplex tribula
tio quia sicut spine se invicem
complectuntur sic convivium eorum
pariter potantium pc b d

Consumentur quasi stipula
ariditate plena exte
ibit cogitans contra dominum
maliciam mente pertractans
prevaricationem Hec dicit dominus
Si perfecti fuerint et ita plures
sic quoque attondentur et per
transibunt Afflixi te et non
affligam te ultra et nunc con
teram virgam eius de dorso
tuo et vincula tua disrumpam
Et precipiet super te dominus non
seminabitur ex nomine tuo
amplius et de domo dei tui
interficiam sculptile et confla
tile ponam sepulcrum tuum quia
inhonoratus es et ecce super
montes pedes evangeli
zantis et annuntiantis pacem
Celebra iuda festivitates
tuas et redde vota tua quia
non adiciet ultra ut per
transeat in te belial universus
Naum ii° interiit Ascendet qui dispar
gat coram te qui custodiat

at obsidionem Incipiunt come
hic Capitula ante adventum
et ad magistros et orationes per
estate usque ad adventum domini
Dominica prima post festum sancte trinitatis
Millo tempore dixit dominus secundum lucam XVE CAPLO
parabolam hanc Homo qui
dam erat dives quere feria
quinta ante oculi // Capitulum post in
Karissimi deus karitas est in
hoc apparuit karitas
dei in nobis quoniam filium suum
misit deus in mundum ut vi
vamus per eum Deo gratias
In hoc est karitas ad primam
non quasi nos dilexerimus
deum sed ipse prior dilexit nos
et misit filium suum propicia
tionem pro peccatis nostris ad nonam
Hoc mandatum habemus a deo
ut qui diligit deum dili
gat et fratrem suum Deo gratias
Homo quidam erat dives a
et induebatur purpura et bisso
et epulabatur cottidie splendi
de et erat quidam mendicus
nomine lazarus qui iacebat
ad ianuam eius ulceribus plenus
cupiens saturari de micis que
cadebant de mensa divitis et
nemo illi dabat sed et ca
nes veniebant et lingebant
ulcera eius alia p Mendicus
Factum est autem ut moreretur
mendicus et portaretur ab an
gelis in sinum abrahe a Ele
vans autem dives oculos suos
cum esset in tormentis videt

vidit abraham alonge et la-
zarum in sinu eius et ipse
clamans dixit pater abra-
ham miserere mei P Magnificat
Deus vite sperantium for-
titudo adesto propicius in-
vocacionibus nostris et quia
sine te nichil potest mortalis
infirmitas presta auxilium
gratie tue ut in exequendis
mandatis tuis et voluntate
tibi et actione placeamus
In illo t d i d s Dominica in lucam
similitudinem hanc Homo qui-
dam fecit cenam magnam et
vocavit multos etcetera Gregorius
Quis est iste homo nisi
ille de quo per prophetam
dicitur et homo est et quis
cognoscet eum Qui fecit
cenam magnam qui preparavit
nobis dulcedinis vite eter-
ne convivium Qui vocavit
multos sed pauci veniunt
Quia non numquam ipsi qui
deo per fidem subiecti sunt e-
ius eterno convivio male vive-
do contradicunt Misit autem servum
suum hora cene dicere invita-
tis ut venirent Quid hora
cene nisi finis est mundi
in quo nimirum nos sumus
sicut iam dudum paulus testa-
tur dicens Nos sumus in quos
fines seculorum devenerunt Si
ergo hora iam iam cene est
cum vocamur tanto debemus excusa-
re convivio dei quanto appro-
pinquasse iam terminum finis

Dominica in luca xiiii

seculi Quando enim pensamus
quia nichil quod restat eo
debemus pertimescere ne tempus
gratie quod presto est pereat
Fratres nolite mirari Capitulum Iohannis iii
si odit vos mundus nos
scimus quoniam translati sumus de
morte ad vitam quoniam diligimus
fratres Deo gratias Antiphona
Homo quidam fecit cenam ma-
gnam et vocavit multos et
misit servum suum hora cene dicere
invitatis ut venirent quia
parata sunt omnia alleluia P Benedictus
In hoc cognovimus caritatem Ad ro
dei quoniam ille pro nobis animam
suam posuit et nos debemus
animas nostras pro fratribus ponere
Filioli mei non di- Ad yo
ligamus verbo neque lingua
sed opere et veritate Deo gratias
Exi cito in plateas et vicos
civitatis et pauperes ac debi-
les cecos et claudos compelle
intrare ut impleatur domus mea
alleluia P Magnificat Anti-
Domine factum est ut imperasti
et adhuc locus est P Magnificat
Dico enim vobis quod nemo vi-
rorum illorum qui vocati sunt
gustabit cenam meam Magnificat
Sancti nominis tui domine
timorem pariter et amorem
fac nos habere perpetuum quia
numquam tua gubernatione
destituis quos in soliditate
tue dilectionis instituis Per
In illo t Erant Dominica iiii in lucam

Dominica iiii post ... Luce xv

appinquātes ad ihm publicani
et peccatores ut audirent illū
Et reliqua Gregorius Audistis
in lectione evangelica fratres
karissimi quia peccatores et publi
cani accesserunt ad redempto
rem nrm et nō solū ad collo
quendū sed etiam ad convescen
dum ab eo recepti sunt Pharisei
etiam adversationem suam eū ac
dixing: domos eorū intrasse
sed potius ut disputantes de
et celestia magis quam terrena
desperare convivia nostra cru
dire magis ad superna nostra
erige intentionem et terrenam
vitare arrogantiam Devo
tione sumus pluribus negociis
nō tenere caduca ista tempo
ria nō possumus precamus Sed
quia fragilitas humana ī lu
brico huius seculi firmū ne
quit tenē conflictu etiam
adversus errorē remedia no
bis bonus magister et me
dicus in notuit et spem ve
nie modo misericors demon
stravit Tu autem domine Capitulum
Humiliamini sub poten
ti manu dei ut vos ex
altet in tempore visitationis sue
omnem sollicitudinem in eū
proicientes quoniam ipsi cura est
de nobis Deo gracias Anti
Quis ex vobis homo qui habet
centū oves et si perdiderit unam
ex illis nonne dimittit nona
ginta novem in deserto et va
dit ad illam que perierat do
nec inveniet illam alla Versus
Deprecationem nostram quesumus domine
benignus exaudi et qui
bus supplicandi prestas af
fectum tribue defensionis
auxilium per dominum Antiphona Que
mulier habens dragmas de
cem et si perdiderit dragma
unam nonne accendit lucerna
et evertit domum et querit di
ligenter donec inveniat
Sobrii estote et vi Capitulum
gilate quia adversarius
vester dyabolus tamquam leo
rugiens circuit querens quem
devoret cui resistite fortes
in fide Deo gracias Capitulum
Deus autem omnis gracie
qui vocavit nos ī eternam
gloriam suam in christo ihesu mo
dicum passos ipse perficiet et
confirmabit solidabit eum glo
ria et imperium in secula seculorum
amen Deo gracias Dominica iiii
In illo tempore Dixit ihesus discipulis suis Estote ergo
misericordes sicut et pater
vester misericors est et reliqua Omelia Bede
Hoc in loco nichil aliud
precipi existimo nisi ut
ea facta que dubium est quo
animo fiant in meliorem partem
interpretemur De quibus enim
scriptum est ex fructibus eorum
cognoscetis eos De manifestis
dictum est que nō pos
sunt bono animo fieri sicut
sunt stupra vel blasphemie

uel furti nec ebrietates et si-
gna sunt talia de quibus no-
bis iudicare permittitur. De
genere autem aborum quia possunt
bono animo et simplici cor-
de et prave vicio concupiscentie:
quemadmodum humanam abi indifferen-
ter sumi prohibet apostolus
iudicari eos qui carnalibus
vescebantur et vinum bibebant
ab eis qui se huiusmodi ali-
mentis temperabant. Cap.

Ad romanos viij

Existimo enim quod non
sunt condigne passio-
nes huius temporis ad futuram
gloriam que revelabitur in
nobis. Nam expectacio crea-
ture revelacionem filiorum
dei expectat. Deo gratias.
Estote misericordes sicut et
pater vester misericors est. Alla.
Nolite iudicare ut non iudi-
cemini. In quo enim iudicio iudi-
caveritis iudicabimini. Grat.
Dns. ps. Magnificat. Oratio
Protector in te sperantium
deus sine quo nichil
est validum nichil sanctum
multiplica super nos misericordiam
tuam ut te rectore te du-
ce sic transeamus per bo-
na temporalia ut non amit-
tamus eterna. Per. Ad vesperas
Vanitati creatura sub-
iecta est non volens
sed propter eum qui subie-
cit eam in spe quia et ipsa
creatura liberabitur a ser-
vitute corruptionis in

libertatem glorie filiorum dei. Deo gratias.
Scimus enim quod ad vesperas Cap. 9
omnis creatura ingemi-
scit et parturit usque ad-
huc non solum illa sed et
nos ipsi primicias spiritus
habentes. Deo gratias.
In illo tempore. Cum Dominica quinta post trinitatem
turbe irruerent ad Ihesum ut
audirent verbum dei et ipse
stabat secus stagnum ge-
nezareth. Et reliqua. Omelia Bede
Audivimus dilectissimi cum
evangelium legeretur quod
turbe irruerent ad Ihesum:
ut audirent verbum dei.
Amore ergo et desiderio
magistri et cognicione
sanitatum venerunt ad eum
sive ut legem gratie vel
indulgenciam acciperent per
legem vindicte nisi unus
ulla indigencia in re me-
bat. sed veritatis districcio
Stabat vero dominus inter
confinia seculorum presentis et fu-
turi seculi quia ipse me-
diator dei et hominum huma-
num genus redimere venit
et angelicam atque humanam
coniunctione familiam
Estote omnes unanimes
in oratione estote compa-
cientes: fraternitatis ama-
tores: modesti: humiles:
non reddentes malum pro

malo vel maledictum pro ma-
ledicto sed econtrario bene-
dicentes Deo gras anti
Ascendens ihesus in navim et se-
dens docebat turbas alla Vidit
Da quesumus domine ut et mundi
cursus pacifice nobis
tuo ordine dirigatur et
ecclesia tua tranquilla devo-
tione letetur per ad vi Cap
abcd Fratres Non reddentes ma-
lum pro malo neque ma-
ledictum pro maledicto sed
econtrario benedicentes quia
in hoc vocati estis ut bene-
dictionem hereditate possid-
atis Deo gras ad ix Cap
Qui enim vult vitam dili-
gere et videre dies bonos
coherceat linguam suam
a malo et labia eius ne
loquantur dolum deo g. anti
Preceptor per totam noctem labo-
rantes nichil cepimus in verbo
autem tuo laxabo rethe pro Dominica v
abcd mat In illo t d i d Dominica vi Math v
suis Amen dico vobis nisi
habundaverit iusticia vestra
plus quam scribarum et pharise-
orum non intrabitis in regnum
celorum Et re. Bede presbyteri
Que autem sunt ista ut
habundet inquit iusticia vestra
plus quam scribarum et phariseorum
quia nisi habundaverit non in-
trabitis in regnum celorum Id
est non solum illa minima le-
Deus qui diligentibus te bona invi-
sibilia preparasti infunde cordibus
nostris tui amoris affectum ut te in om-

gis precepta impleveritis que
inchoant homines sed etiam
ista que nunc subduntur
qui non veni solvere legem sed
adimplere non intrabitis in
regnum celorum Qui ergo
vult esse magnus atque illi
regno esse aptus dicet faciat
et docet sicut Christus nos docet
id est ut habundet iusticia
eius plus quam scribarum et phariseorum
Fratres Quicumque baptisa- Ad romanos vi
ti sumus in Christo ihesu in mor-
te ipsius baptisati sumus Audi-
Audistis quia dictum est antiquis
non occides qui autem occiderit reus
erit iudicio a Si offers munus
tuum ante altare et recordatus
fueris quia frater tuus habet aliquid
adversum te relinque ibi munus
tuum ante altare et vade prius re-
conciliari fratri tuo et tunc veniens
offeres munus tuum alla ad vi 6
Hoc scientes quod Christus abcd
resurgens ex mortuis
iam non moritur mors
illi ultra non dominabitur
quod enim mortuus est peccato 9
mortuus est semel quod
autem vivit vivit deo Deo
Ita et vos existimate ad nona 9 abcd
stimate mortuos quidem
esse peccato viventes autem deo
in Christo ihesu domino nostro deo g. ag tic
In illo t Dominica vii Marcum Dominica vii marci
Cum turba multa esset cum marci viii
ihesu nec haberent quod manducarent
carent convocatis discipul-
bus et super omnia diligentes
promissiones tuas que omne desiderium
superant consequamur per dominum

cit illis Christus misereor super turbam
quia ecce iam triduo susti-
nent me nec habent quod
manducent etc. Beda

In hac lectione consideranda
est in uno eodemque redem-
ptore nostro distincta opera-
tio divinitatis et humanitatis:
atque error Eutichetis qui
una tantum in Christo operationem
dogmatizare presumpsit pro-
culdubio catholicis finibus
expellendus. Quis enim
non videat hoc quod super
turbam miseretur dominus ne vel
inedia vel vie longioris
labore deficiat affectum esse
et compassionem humane fragi-
litatis. Quod autem eos
miraculo depascat quod
una sibi patris aliter nos
homines lingere nequimus
nisi nos gratia redemptoris
nostri adiuvante penitus reficiat.

Ad romanos vi

Humanum dico Capitulum
propter infirmitatem carnis
vestre sicut enim exhibuistis
membra vestra servire immun-
dicie et iniquitati ad iniqui-
tatem ita nunc exhibete mem-
bra vestra servire iusticie in
sanctificationem. Deo gratias. Anti-
phona Misereor super turbam quia iam
triduo sustinent me nec habent
quod manducent et si dimise-
ro eos ieiunos deficient in
via alleluia. P Benedictus. Oratio

Deus virtutum cuius est
totum quod est optimum insere
pectoribus nostris amorem tui
nominis et presta in nobis re-
ligionis augmentum ut que
bona sunt nutrias ac pie-
tatis studio que sunt nutri-
ta custodias. Per. Ad ro Capitulum

Quem ergo fructum habuistis
tunc in illis in quibus nunc
erubescitis nam et finis
illorum mors est. Deo Ad ro

Stipendia enim peccati mors.
gratia autem dei vita e-
terna in Christo Ihesu domino nostro. De-
derunt autem qui manducaverant
quasi quatuor milia et dimi-
sit eos. Dominica viii Math

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis. Attendite
a falsis prophetis qui veniunt
ad vos in vestimentis ovium
intrinsecus autem sunt lupi
rapaces etc. Origenes

Quod dominus paulo superius
spaciosam et latam viam
nominat hoc nunc apertius
falsos prophetas ostendit per
quos multi ad perditionem
abhominabilem abierunt.
Qui primo in iudea multi
apparuerunt et quos per in-
fidiam totum mundum reple-
verunt. Sed illi primi falsi pro-
phete fuerunt verissimosque
dei prophetas usque ad mor-
tem persecuti sunt sicut Iere-
miam micheam et alios
multos. Isti autem nunc

falsi prophete falsi xpiani sunt
qui veraces xpianos sine
pena persequuntur et opprimunt
si aliqui sibi detur copia etiam
sine gladiis interimunt vel
deliciant suis pravis moribus
et exemplis Con aut
Fratres debitores sumus non
carni ut secundum carnem
vivamus si enim secundum carne
vixeritis moriemini si autem
spiritu facta carnis mortifi-
caveritis vivetis Deo an
Attendite a falsis prophetis qui ve-
niunt ad vos in vestimentis ovium
intrinsecus autem sunt lupi rapa-
ces a fructibus eorum cognoscetis
eos alla p Benedictus ad
Quicumque enim spiritu dei
aguntur hii filii dei sunt
Deo gratias ad nonam
Ipse enim spiritus testimonium reddit
spiritui nostro quod sumus filii
dei Deo gratias a Non
potest arbor bona fructus ma-
los facere neque arbor mala
fructus bonos facere Magnificat
Deus cuius providentia
in sui dispositione non
fallitur te supplices exora-
mus ut noxia cuncta sub-
moveas et omnia nobis
profutura concedas per dominum
In illo tempore dominica ix lucam
Dixit dominus discipulis parabolam hanc homo
quidam erat dives qui ha-
bebat villicum et hic diffa-
matus est apud illum quasi
dissipasset bona ipsius Jeronimi

Quis sit iste villicus
Quinquagesime qui voce
domini laudatur cuius quam vel-
lem scire rationem et de quo
fonte processit revolvi vo-
lumina evangeliorum et inveni-
ebam reperi quod apud
quatuor evangelistas salvatori publi-
canis et peccatoribus ut au-
dirent eum Murmura-
bant pharisei et scribe dicen-
tes Quare iste peccatores
recipit et manducat cum
illis Cui locutus est
eis parabolam centum ovium
et unius perdite que inven-
ta pastoris humeris re-
portata est Et propter
ea proposita parabola stati-
m intulit Dico vobis quod
ita gaudium erit in celo
super uno peccatore penite-
ntiam agente quam super
nonaginta novem iustis
qui non indigent penitentia
Fratres nos sumus compati-
entes malorum parati
et illi qui compicerunt neque
ydolatre efficiamini parati
quidam eorum sicut quemad-
modum scriptum est sedit populus
manducare et bibere et
surrexerunt ludere Deo gratias an
Quid faciet dominus villico quid hoc
audio de te redde rationem
villicationis tue alla Ludere

abcd Necque cum fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt et ceciderunt una die viginti tria milia. Deo gratias. Capitulum
abcd Fidelis est autem deus qui non patietur vos temptari supra id quod potestis sed faciet cum temptatione proventum ut possitis sustinere. Deo gratias. Antiphona
Dixit autem villicus intra se quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem fodere non valeo mendicare erubesco scio quid faciam ut cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Psalmus Magnificat. Deinde oratio
Largire nobis domine quesumus semper spiritum cogitandi que recta sunt propicius et agendi ut qui sine te esse non possumus secundum te vivere valeamus per dominum
In illo tempore Cum Secundum Lucam appropinquaret ihesus ierusalem videns civitatem flevit super illam dicens quia si cognovisses et tu. Et reliqua. Gregorius
Lectionem brevem sancti evangelii brevi si possum volo sermone discutere ut illis in ea plurimos de tur intencio qui sunt obpandas multa cogitacione Quod flente domino illa ruinosa subversio designatur que a vespesiano et tito romanis principibus facta est: nullus qui hystoria eversionis eius legit ignorat. Responsorium Romani cum principes denunciantur cum dicitur quia venient dies in te et circumdabunt te inimici tui vallo: et circumdabunt te et coangustiabunt te undique et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt. Et reliqua. Capitulum
Fratres scitis quoniam cum gentes essetis ad simulachra muta prout ducebamini euntes ideo notum vobis facio quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema ihesu et nemo potest dicere dominus ihesus nisi in spiritu sancto. Deo gratias. Antiphona
Cum appropinquaret dominus ierusalem videns civitatem flevit super illam et dixit quia si cognovisses et tu quia venient dies in te et circumdabunt te et coangustiabunt te undique et ad terram prosternent te eo quod non cognovisti tempus visitationis tue alleluia. Psalmus Benedictus
abcd Divisiones vero ad horam gratiarum sunt idem autem spiritus et divisiones ministrationum sunt idem autem dominus et divisiones operationum sunt idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Deo gratias. Ad tertiam. Capitulum
abcd Unicuique autem datur manifestatio

spiritus adutilitatem aliis quidem
datur per spiritum sermo sapientie
aliis sermo scientie secundum eundem spiritum
alteri fides in eodem spiritu. Deo gratias. R.
Videns dominus civitatem Jherusalem flevit
super illam dicens quia si cog-
novisses et tu que ad pacem tibi nunc
autem abscondita sunt ab oculis tuis
Pateant aures misericordie Collecta
tue domine precibus supplican-
tium et ut petentibus desidera-
ta concedas fac nos que tibi
sunt placita postulare. Per.
In illo tempore dixit do xi post trinitatem (l. xviii)
Jhesus ad quosdam qui in se
confidebant tamquam iusti et as-
pernabantur ceteros parabo-
lam istam dicens. Duo homines
ascenderunt in templum ut
orarent. Et reliqua. O. Augustini
Quatuor sunt species quibus
omnis tumor arrogan-
tium demonstratur cum aut bonum
a semet ipsis habere estimant
aut sibi datum desuper cre-
dunt. Aut propriis se meritis
hoc accepisse putant aut
iactant se habere quod non habent
aut despectis ceteris singula-
riter videri appetunt habere quod
non habent. Qua phariseus
iste iactantie peste laboras-
se deprehenditur qui ideo de
templo absque iustificatione
descendit quia bonorum operum
merita sibi quasi singulariter
tribuens oranti publicano
se pretulit. Tu autem. Capitulum

Fratres notum vobis facio (i corinthios xv)
evangelium quod predicavi
vobis quod et accepistis
in quo et statis per quod
et salvamini. Deo gratias. an
Duo homines ascenderunt in
templum ut orarent unus pharisa-
eus et alter publicanus
phariseus stans hec apud se
orabat deus gratias tibi ago
quia non sum sicut ceteri hominum
raptores iniusti adulteri vel-
ut etiam hic publicanus publi-
canus autem stans percuciebat pec-
tus suum dicens deus propicius
esto michi peccatori. P. Benedictus
Ego enim sum ad sextam (ab eodem)
minimus apostolorum qui non
sum dignus vocari apostolus
quoniam persecutus sum ecclesiam
dei. Deo gratias. ad ix Capitulum (c. 9)
Gratia autem dei sum id (ab eodem)
quod sum et gratia
eius in me vacua non fu-
it. Deo gratias. antiphona
Stans a longe publicanus
nolebat oculos ad celum leva-
re sed percuciebat pectus suum
dicens deus propicius esto mi-
chi peccatori. P. Magnificat. Oratio
Deus qui omnipoten-
tiam tuam parcendo
maxime et miserando ma-
nifestas multiplica super
nos misericordiam tuam
ut ad tua promissa ~~cur~~ cur-
rentes celestium bonorum
facias esse consortes. Per.
In illo tempore do xii Marci (do xii p marci)

Exiens ihesus de finibus
tyri venit per sydonem ad
mare galilee inter medi-
os fines decapoleos. Et re(liqua).
Bede vel — Surdus ille et Bede p
mutus qui mirabiliter a
domino curatur in eo cum eum
loqui audimus: genus
designat humanum in christo
que ab errore diabolice
deceptionis divina mente
gracia liberari. Obsurduit
et namque homo obaudiendo
vite verbo postquam mortifera
serpentis verba contra deum
tumidus audivit. Mutus
a laude conditoris effectus est
quo cum seductore collo-
quium habere presumpsit.
At vero clausit aures
ad audienda inter angelos
laude creatoris quas ad
audiendum eiusdem creatoris
vituperacionem sermonibus
hostis inaniter aperuit.
ij a corinth. iii — Fiduciam talem tam
habemus per christum ad
deum non quod sufficientes
simus cogitare aliquid
a nobis quasi ex nobis
sed sufficiencia nostra ex deo
est. Deo gracias. a. Domine
Exiit dominus per medium fines
tiri surdos facit audire et mu-
tos loqui. p. Benedictus dominus
ab cor — Deus ydoneos ad ii co
fecit novi testamenti
ministros non littera sed spiritu

Deo gracias. ad ix Littera — ab cor
enim occidit spiritus autem vivi-
ficat. Quod si ministracio mor-
tis litteris deformata in la-
pidibus fuit in gloria multo
magis habundat ministerium
iusticie in gloria. Deo gracias.
Bene omnia fecit surdos fecit
audire et mutos loqui. p. thagt
Omnipotens sempiterne deus qui habun-
dancia pietatis tue et
merita supplicum excedis
et vota: effunde super nos
misericordiam tuam ut dimittas
que consciencia metuit et ad-
icias quod oratio non presumit.
In illo tempore dixit. Secundum lucam. — 80 x
Ihesus discipulis suis Beati oculi qui
vident que vos videtis. Et
Non oculi scribarum O Bede — Bed
Nec phariseorum qui tantum corpus
domini viderunt sed illi beati
sunt oculi qui eius possunt
cognoscere sacramenta de quibus
dicitur et revelasti ea par-
vulis. Beati parvulorum oculi
quibus et se et patrem filius
revelare dignatur. Dico enim
vobis quod multi reges et prophete
voluerunt videre que vos
videtis et non viderunt
et audire que auditis et
non audierunt. Abraham
pater vester exultavit
ut videret diem meum et
vidit et gavisus est. Ysaac
ab quoque et micheas et

multi alii prophete viderunt glo
riam dei qui et propterea viden
tes appellati sunt gallat iiio
Fratres abrahe dicte sunt pro
missiones et semini eius
non dicit et seminibus quasi in multis
sed quasi in uno et semini
tuo qui est christus deo gracias a
Dico enim vobis quod multi re
ges et prophete voluerunt videre
que vos videtis et non viderunt
et audire que auditis et non
audierunt p Benedictus
Lex propter trans adv Cam
gressores posita est donec
veniret semen cui promiserat
deus ordinata per angelos
in manu mediatoris mediator
autem unius non est deus autem
unus est deo gracias adv
Conclusit omnia scriptura
sub peccato ut promissio
ex fide ihesu christi daretur cre
dentibus deo gracias ant
Homo quidam descendebat ab ierusalem
in iericho et incidit in latrones
qui etiam despoliaverunt eum et
plagis impositis abierunt semi
vivo relicto p Magnificat
Omnipotens et misericors deus
de cuius munere venit ut
tibi a fidelibus tuis digne
et laudabiliter serviatur
tribue quesumus nobis ut ad pro
missiones tuas sine offen
sione curramus per dominum
In illo t dominica xiiii post trinitatem luc
iret ihesus in ierusalem transibat
per mediam samariam et
galileam etc Omelia ve Bede
Leprosi non absurde intel
ligi possunt qui scientiam vere
fidei non habentes varias doctri
nas profitentur erroris Non
enim vel abscondunt imperitiam
suam pro summa pericia pro
ferunt in lucem et iactantia
sermonis ostentat Nulla
porro falsa est doctrina que
non aliqua vera intermi
sceat Vera ergo falsis
inordinate permixta in
una disputatione vel narra
tione hominis tamquam in
unius corporis colore appa
rentia lepra significant
tamquam veris falsisque co
lorum locis humana corpa
variantur atque maculantur Cap
Fratres spiritu ambulate Cam
late et desideria carnis
non perficietis caro enim con
cupiscit adversus spiritum spiritus
aut adversus carnem hec enim
sibi invicem adversantur ut
non quecumque vultis illa facia
tis deo gracias adv Dum
intraret ihesus quoddam castel
lum occurrerunt ei decem viri
leprosi qui steterunt a longe
et levaverunt vocem dicentes
ihesu preceptor miserere nostri Videns
Manifesta autem sunt adv
opera carnis que sunt for
nicacio · inmundicia · luxuria ·
idolorum servitus · contenciones · ire ·

vite ebrietates comessacio-
nes et his similia que pre-
dico vobis sicut predixi quoniam
qui talia agunt regnum dei
non possidebunt. Deo ad vs

(ab ead) Qui autem sunt christi carnem
suam crucifixerunt cum vi-
ciis et concupiscenciis. Deo a[lleluia]
Nonne decem mundati sunt et
novem ubi sunt non est inventus
qui rediret et daret gloriam deo
nisi hic alienigena vade quia
fides tua te salvum fecit vade
in pace. p[ost] Magnificat Coll[ecta]

Omnipotens sempiterne deus da nobis
fidei spei et caritatis
augmentum et ut mereamur
assequi quod promittis
fac nos amare quod precipis
Per illos. t. d. i. d. s. Dominica xv matth (ds xv math vi)

Nemo potest duobus dominis
servire aut enim unum odio
habebit et alterum diliget. R.

Qm sit duo dm deceps
ostendit cum dicat non po-
testis deo servire et mamo-
ne. Mamona apud hebreos
vel syros divicie nuncupa-
tur congruit et punicum
nomen nam lucrum mammon
dicitur. Audiat hoc avarus
audiat christianus non pos-
se simul diviciis et christo
servire et tamen non dixit qui
habet divicias sed qui ser-
vit diviciis. Qui divi-
ciarum servus est divicias cu-
stodit ut servus qui autem

servitutis excussit iugum
distribuet eas ut dominus autem
enim unum odio habebit et al-
terum diliget aut unum susti-
nebit et alterum contempnet

Fratres si vivimus spiritu : (ad galatas)
spiritu et ambulemus non
efficiamur inanis glorie cupi-
di invicem provocantes invicem
invidentes. Deo gracias. a[lleluia]
Considerate lilia agri quomodo
crescunt non laborant neque nent
dico autem vobis quoniam nec salomon
in omni gloria sua coopertus
est sicut unum ex istis. Gradale

Si preoccupatus ad g (6 ab ead)
fuerit homo in aliquo de-
licto vos qui spirituales estis
huiusmodi instruite in spiritu
lenitatis considerans te ipsum
ne et tu tempteris. Deo ad ix (9r ab ead)

Que enim seminaverit ho-
mo hec et metet. Nam qui
seminat in carne sua de
carne et metet corrupcionem
Qui autem seminat in spiritu
de spiritu et metet vitam eternam
Nolite solliciti esse dicentes quid
manducabimus aut quid bibemus
scit enim pater vester celestis quid
vobis necesse sit alleluia Magnificat

Custodi domine quesumus ecclesiam
tuam propiciacione perpe-
tua et quia sine te labitur
humana mortalitas tuis
semper auxiliis et abstra-
hatur a noxiis et ad salu-
taria dirigatur per dominum

In illo t Ibat dñ xvi lucam vii
ihesus in ciuitatem que vocat
naym et ibant cum eo disci-
puli eius et turba copiosa.
Naim ciuitas est Be Bed.
galilee in secundo miliario
thabor montis contra me-
ridiem iuxta endor que est
vicus grandis in quarto
miliario eiusdem montis
ad meridiem. Et ibant
cum illo discipuli eius et tur-
ba copiosa. Cum autem appropin-
quaret porte ciuitatis ecce
defunctus efferebatur filius
vnicus matris sue. Defunc-
tus hic qui extra portam
ciuitatis mortuus est in me-
tibus elatus signat hominem
letali criminum funere sopo-
ratum. Quidemque animo in sua
morte non cordis ad huc
tegente sed ad multorum no-
ticiam per locutionis operis
sue indicium quasi per sue
hostia ciuitatis propalante.
Fratres obsecro vos Eph iii
Ne deficiatis in tribu-
lationibus meis pro vo-
bis que est gloria vestra huius
rei gratia flecto genua mea
ad patrem domini nostri ihesu christi a quo
omnis paternitas in celo et in terra
nominatur. Deo gratias. Anti
Accessit ihesus ad loculum et ait
adolescens tibi dico surge et
resedit qui erat mortuus et
cepit loqui alla p Iudaicis

In caritate radicati ad vi
et fundati ut possitis con-
prehendere cum omnibus sanctis
que sit latitudo et longi-
tudo et sublimitas et pro-
fundum. Deo gratias ad ix ad ix
Ei autem qui potens est ab eod
omnia facere super habun-
danter quam petimus aut
intelligimus secundum virtutem
que operatur in nobis ipsi
gloria in ecclesia et in christo
ihesu in omnes generationes
seculi seculorum. Deo gratias
Accepit autem omnes timor et
magnificabant deum dicentes
quia propheta magnus surrexit
in nobis et quia deus visi-
tauit plebem suam p chag
Ecclesiam tuam domine mi-
seracio continuata
mundet et muniat et
quia sine te non potest
salua consistere tuo semper mu-
nere gubernetur. per dominum
In illo t Cum dñ xvii lucam dñ x vii luc xiiii
intraret ihesus in domum
cuiusdam principis phariseorum
sabbato manducare panem
et ipsi obseruabant eum Bede
Ydropicus morbus ab aquo-
so humore vocabulum traxit
Grece enim aqua ydor vo-
catur. Est autem humor
subcutaneus de vicio vesice
natus cum inflatione tur-
gente et anhelitu fetido

Propterea est ydropico pra-
gnato magis humidat
humore in ordinato sumpto
amplius sitire. Et ideo
comparatur ei quem fluxus
carnalium voluptatum ex
ubertate agravat. Com-
paratur divitiarum avaro quia
quanto est copiosior divi-
ciis quibus non bene uti-
tur tanto ardencius talia
concupiscit. Et videns ihesus
dixit ad legisperitos Si licet
sabbato curare at illi tacu-
erunt. Tu autem domine. cam

ad ephe iiii

Obsecro vos ego vinctus
in domino ut digne am-
buletis vocacione qua
vocati estis cum humilita-
te et mansuetudine cum pa-
ciencia supportantes
invicem in caritate. a
Cum intraret ihesus in domum
cuiusdam principis phariseorum
sabbato manducare panem
et ecce homo quidam ydro-
picus erat ante eum. Ipse
vero apprehensum sanavit eum
ac dimisit. p Benedictus

ab cod

In caritate solliciti ad v
servare unitatem spiritus in
vinculo pacis unum corpus
et unus spiritus. Deo ad

ab cod ii. c

Sicut vocati estis in
una spe vocacionis
vestre unus dominus una fides
unum baptisma unus
deus omnium. Deo gracias. a
Cum vocatus fueris ad
nupcias recumbe in novissimo
loco ut dicat tibi qui te invi-
tavit amice ascende superius
et erit tibi gloria coram simul
discumbentibus. Alleluia. p Magt.
Tua nos quesumus domine gracia
semper preveniat et sequa-
tur ac bonis operibus in-
giter prestet esse intentos.
Per. In illo tempore Accesserunt do xviii math
ad ihesum pharisei et interro-
gavit eum unus ex eis
legisdoctor temptans eum
et dicens Magister quod est
mandatum in lege. Johis capi
Convenit ut multitudine
vincentes quem racione
superare non poterant
civitate se muniunt. Et pro-
fessi sunt qui multitudine
se armaverunt. Querebat
apud se unus loquatur
pro omnibus et omnes loqua-
ntur per unum ut si quidem
vinceret omnes videantur
victores. Si autem victus
fuit solus videatur esse con-
fusus. O pharisei qui omnia
propter homines cogitatis et
facitis. Primum quidem veni-
entes cum unus vincendi
estis per unum. Tamen pe-
ne quia uno victo homi-
ne intelligunt omnes vos
victos esse. Tu autem domine. Ca
Gracias ago deo meo semper
pro vobis in gracia dei

que data est vobis in xpo
ihesu quia in omnibus diuites
facti estis in illo in omni verbo
et in omni sciencia Deo gracias All(eluia)
Magister quod est mandatum
magnum in lege ait illi ihesus
diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo alleluia V(ersus) Benedictus

abcd Sicut testimonium Ad sexta
Xpi confirmatum est in vobis
ita ut nichil vobis desit in
ulla gracia expectantibus reue-
lacionem domini nostri ihesu xpi Deo

abcd Qui confirmabit vos Ad no(nam)
usque in finem sine crimine
usque in diem aduentus domini
nostri ihesu xpi Deo gracias
Quid vobis videtur de xpo
cuius filius est dicunt ei omnes
dauid dicit eis ihesus quomodo da-
uid in spiritu vocat eum dominum di-
cens dixit dominus domino meo se-
de a dextris meis V(ersus) Magnificat

Da quesumus domine populo tuo dia-
bolica vitare contagia
et te solum deum pura men-
te sectari per dominum Dominica
In illo t(empore) Ascendens xix Matth(eum)
ihesus in nauiculam transfretauit
et venit in ciuitatem suam
Xpm in humanis Johannis Crisostomi
actibus diuina gessisse
misteria et in rebus visibi-
libus invisibilia operatum esse
negocia lectio hodierna mo-
strauit Ascendit inquit in
nauiculam et venit in ciui-
tatem suam Nonne ipse
est qui fugatis fluctibus
maris profunda nudauit
ut israheliticus populus inter
stupentes undas sicco ve-
stigio velut montem constanter
Nonne ipse est qui petri
pedibus marinos vertices
inclinauit ut liquidum
iter humanis gressibus so-
lidum preberet obsequium
Et quod est quod ipse sibi
maris sic denegat serui-
tutem Ut autem domine

Remouemini autem spi- ad ephe iiii
ritu mentis vestre et induite
nouum hominem qui secundum
deum creatus est in iusti-
cia et sanctitate veritatis Deo
Dicit dominus paralitico confide fi-
li remittuntur tibi peccata tua

Propter quod de- Ad vi ad be
ponentes omne menda-
cium loquimini veritatem unus-
quisque cum proximo suo quoniam
sumus inuicem membra Deo

Laboret unusquisque Ad ix ad ep(h)e
operando manibus
suis quod bonum est ut
habeat unde tribuat neces-
sitatem pacienti Deo
Tulit ergo lectum suum in quo
iacebat magnificans deum et
omnis plebs ut vidit dedit collecta
laudem deo V(ersus) Magnificat Collecta

Dirigat corda nostra do(mine)
quesumus tue miseracionis opera-
cio quia tibi sine te pla-
cere non possimus per

d xx math xxii

In illo tempore dicebat Dominica xx matth
ihesus turbis parabolam hanc
Simile est factum regnum ce-
lorum homini regi qui fecit
nuptias filio suo Et cetera Greg
Lectionis sancti evangelii
fratres karissimi volo si possum
sub brevitate transcurrere ut
in fine ejus valeam aliquid lo-
quendum largius vacare
Sed querendum prius est an hec
aput matheum ipsa sit lectio
que aput lucam sub appella-
tione cene describitur Et qui-
dem sunt non nulla que ei
dissona esse videntur quod hic
prandium illic cena memoratur
Hic qui ad nuptias non di-
gnis vestibus intravit re-
pulsus est illic nullus qui
intrasse dicatur repulsus
esse perhibetur Qua ex
re recte colligitur quod et hic
per nuptias prius ecclesia et
illic per cenam eternum et ultimum
convivium designatur quia et
hanc non nulli exituri in-
trant et ad illud quisquis
semel intraverit ulterius
non exibit Tu autem Cam

ad ephe v

Fratres videte itaque quo-
modo caute ambuletis non
quasi insipientes sed ut sapi-
entes redimentes tempus quoniam
dies mali sunt Deo A
Dicite invitatis ecce prandium
meum paravi venite dicit dominus
Nolite inebriari vino adv

in quo est luxuria sed imple-
mini spiritu sancto loquentes vo-
bismetipsis in psalmis et
ymnis spiritualibus cantantes
et psallentes in cordibus
vestris domino Deo gratias adv 9c
Gratias semper agite pro omnibus
hominibus in nomine domini
nostri ihesu christi deo et patri
subiecti invicem in timore dei
Nuptie quidem parate sunt sed
qui invitati erant non fuerunt
digni ite ad exitus viarum et
quoscumque inveneritis vocate ad
nuptias dicit dominus p [illegible]
Omnipotens et misericors deus
universa nobis adversantia
propitiatus exclude ut
mente et corpore pariter expe-
diti que tua sunt liberis
mentibus exequamur Per
In illo tempore erat Dominica xxi Johannem
quidam regulus cujus filius
infirmabatur capharnaum
Lectio sancti evangelii Greg
Lectio quam modo fratres audistis
expositione non indiget sed
ammonitione Sed ne hanc
tacite preterisse videamur
exhortando potius quam ex-
ponendo in ea aliquid loquamur
Hoc autem solummodo de expo-
sitione video esse requirendum
cur hic qui ad salutem peten-
dam filio venerat audivit nisi
signa et prodigia videritis
non creditis Qui enim salu-
tem querebat filio procul dubio

D xxi Jo iiii

credebat. Recepit eum ab eo qui-
ret salutem quem crederet
salvatorem. Cui narrat ergo di-
cit: nisi signa et prodigia
videritis non creditis. Cam
Fratres confortamini in domino
et in potentia virtutis eius.
induite vos armaturam dei
ut possitis stare adversus
insidias dyaboli. Deo gratias.
Erat quidam regulus cuius
filius infirmabatur capharna-
um. hic cum audisset quia ihesus
veniret in galileam rogabat
eum ut sanaret filium eius.
State ergo succincti ad v
lumbos vestros in veritate
et induite vos loricam iusticie
et calciate pedes in preparatione
evangelii pacis. Deo gratias. ad ix
In omnibus sumentes scutum
fidei et galeam salutis assu-
mite et gladium spiritus quod
est verbum dei. Deo gratias. ad
Cognovit autem pater quia in
hora erat in qua dixit ihesus
filius tuus vivit et credidit
ipse et domus eius tota. Christe.
Largire quesumus domine fidelibus
tuis indulgentiam placatus
et pacem ut pariter
ab omnibus mundentur offen-
sis et secura tibi mente deserviant.
In illo tempore dixit dominus. dominica xxii. Math. xviii
discipulis parabolam hanc. Simile
est regnum celorum homini regi
qui voluit rationem ponere
cum servis suis. Ieronimi
Familiare est maxime
siris et palestinis ad omnem

sermonem suum parabolas iungere
ut quod per simplex preceptum
teneri ab auditoribus non
potest per similitudinem teneatur.
Precepit itaque dominus sub
comparatione regis et domini
et servi qui debitor decem
